# QUAESTIONES HIPPOCRATICAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM MARBURGENSIUM
ORDINIS AUCTORITATE ET CONSENSU AD SUMMOS
IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

**DIE IX. M. AUGUSTI A. MDCCCLXXXIV**

HORA UNDECIMA

PUBLICE DEFENDET

**HERMANNUS UTHOFF**
FUERSTENAVIENSIS.

MARBURGI.
TYPIS FRIDERICI TYPOGRAPHI ACADEMICI.

IULIO CAESARI

LEOPOLDO SCHMIDTIO

D. D.

Scripta Hippocratis quamquam ut medicina primo obtutu medicis magis quam ceteris viris doctis respicienda videntur, tamen procul dubio dignissima sunt, quorum ab iis quoque, qui in studia grammatica incumbunt, omnis ratio habeatur, cum ex iis magnus ac praeclarus fructus capiatur ad amplificandam cognitionem veteris linguae Graecae. Cum autem viri docti vehementer inter se dissentiant, quae sint genuina, quae spuria, id inprimis agendum videtur, ut hac de re certum iudicium feratur. Cui quaestioni his temporibus duo viri ita studium ac operam navarunt, ut ex dicendi usu ac ratione proficiscerentur [1]). Sed huic rationi aliquid incerti inesse manufestum est. Cum enim ex usu dicendi optimo iure aliquid statuatur de temporibus, quibus scripta, quae uni eidemque auctori debentur, orta sint, hac via utrum genuina an spuria scripta quaedam sint, nisi gravissima argumenta accedunt, certissime disceptari non potest. Nam scriptores alia iuvenes alia senes dicendi ratione usos esse ac sermonem per tempus quasi expolivisse aut mutasse credendum est. Sed accidit mea quidem sententia, ut tali quoque ratione certum iudicium capi possit. Fac enim adesse scripta nonnulla eiusdem generis, quae viro maioris aetatis deberi ex rebus tractatis simulque ex tractandi ratione luculentissime appareat. Qualia si ab uno eodemque profecta sunt, haud dubie dicendi quoque usu simillima

---

1) Kühlewein, observationes de usu particularum in libris qui vulgo Hippocratis nomine circumferuntur. Göttingae 1870.

Kaute, observationes grammaticae de modorum usu in Hippocratis scriptis genuinis. Gryphiswaldiae 1876.

apparebunt. Quod totum cadit in libros Hippocraticos, qui sunt *περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων* de capitis vulneribus, *περὶ ἀγμῶν* de fractis, *περὶ ἄρθρων* de articulis, quibus res chirurgicae ratione ac via simillima instituta tam accurate atque diligenter tractantur, ut medicos redoleant peritissimos. Quae scripta si uni eidemque debeantur maxima dicendi similitudine uti persuasum habeo. Atqui his de libris vehementissima dissensio orta est cum alii ut Littréus [1]) uni auctori, quem Hippocratem esse volunt, illos adscribant, alii ut Ermerinsius [2]) librum, qui est de capitis vulneribus, Hippocrati, alii medico ceteros libros tribuant. Illum autem librum nemo, quantum scio, ipsi Coo medico adscribere dubitavit. Itaque ad id consilium sum adductus, ut particularum ac modorum usu, qualis exstet his in libris, quam diligentissime investigato diiudicare conarer, num libri, qui sunt de fractis ac de articulis conscripti, eidem auctori, cui liber, qui est de capitis vulneribus, debeantur itaque ipsi quoque genuini videantur, necne.

Subieci autem commentationi meae editionem Littréanam [3]) ditissimo apparatu critico exornatam cuius tomo tertio et quarto libri, de quibus nobis est agendum, continentur. Atque ita locos citavi, ut inscriptione praemissa praeter paginam — continetur autem liber, qui est de articulis tomo IV, alii tomo III — caput quoque atque eius versum exscriberem. Praeter editionem Littreanam praesto mihi erant: Chirurgie d'Hippocrate par J. E. Petrequin II voll. Paris 1877 et 1878, qui liber ex bibliotheca academiae Georgiae Augustae liberaliter mihi transmissus aliquot codicum varias lectiones a Littréo non datas praebebat, atque »Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, ed. Franciscus Zacharias Ermerins, Traiectis ad Rhenum 1859—63. III voll., qua in editione unius codicis Vossiani variae lectiones sunt allatae.

---

1) cf. edit. tom. I, pp. 293 et 333 sqq.

2) cf. edit. tom. III proleg. pag. LXXXVIII.

3) Oeuvres complètes d'Hippocrate par É. Littré. à Paris 1839 sqq.

Sed antequam ad rem ipsam accedamus, qua ratione textus, quem vocant, restituendus videatur inquiramus necesse est.

Itaque cum rem criticam factitanti ex veterum auctorum testimoniis et ex libris manuscriptis proficiscendum sit priore loco codicum memoriam in disquisitionem vocemus. Sed praemonere mihi liceat et Littréum et Petrequinium duorum codicum Severini et Fevraei apud Foesium (*L* et *Q*) varias lectiones ita exhibere, ut cum accuratiorem descriptionem frustra quaeras, facile in falsam sententiam prolabi possis. Est enim codex Fevrei exemplar Aldinum, Severini Frobenianum, utrumque autem complures viri docti veteribus codicibus adhibitis perlustraverunt atque correxerunt [1]). Quod si ipsam editionem Foesianam inspexeris ex citandarum lectionum ratione primo obtutu tibi elucebit. Itaque primas varias lectiones libri, qui est de fractis, hunc in modum Foesius exscripsit: *ἰθύτατα* F(evreus) *αὕτη* S(everinus) ex libris manuscriptis *κτέ*. Hanc vero rationem Littréus ac Petrequinius ita mutant, ut exhibeant: *ἰθύτατα* *Q* (*F*) *αὕτη* *L* (*S*) *κτέ*. Qui codices cum sic sint comparati, hac in quaestione plane omittendi videntur, cum incertum sit, quid memoriae, quid coniecturae debeatur.

Quibus praemissis ut ad ipsum propositum veniamus, tres illi libri, de quibus agendum nobis est, exarati sunt cum in aliis tum in codicibus Parisiensi 2247 (*M*) quem Cardinalis Rudolphus Francisco primo misit, Parisiensi 2248 (*N*), Mediceo quodam (*B*), quorum lectiones Littréus exhibet. Codices autem Parisienses collectionem Nicetae continentes, qui sexto decimo saeculo exarati sunt, exhibent scriptorum Hippocraticorum: *κατ᾽ ἰητρεῖον*, *περὶ ἀγμῶν*, *περὶ ἄρθρων*, *περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων*, *μοχλικόν*, *περὶ ὀστέων φύσιος* [2]). Quos ex codice quodam Laurentiano item collectionem Nicetae

1) vide praefationem ed. Foes. ad lectorem candidum datam et epistolam Petri Laphilei illi editioni subiectam.

2) cf. Litt. I. pag. 534 sq.

Fr. Reinh. Dietz, Apoll. Citiensis .... scholia in Hipp. et Gal. Regimontii Prussorum 1834. tom. I. praef. pp. VIII sqq.

praebenti profluxisse Dietzius statuit cum aliis de causis tum eo commotus, quod codices Laurentianus et Parisienses loco quodam communi lacuna eaque maxima utuntur [1]). Quocum libentissime consentio praesertim quod codex *N* ob carmen, quod ei praefixum est, in Nicetem et Laurentium de Medicis conscriptum [2]) apertissime bibliothecamLaurentianam redolere videtur atque, cum *M* et *N* lectionibus inter se congruant (Dietz), hi haud dubie ab una stirpe proefecti sunt. Cum autem codex Laurentianus XI vel XII saeculo scriptus scripturae mendis scateat [3]) recte Dietzius [4]) monere videtur: »Hippocratis verba, quae in codice Laurentiano toties sunt corrupta, in his (Parisiensibus) codicibus a scribis emendata leguntur«. Quorum *N* aliquoties verba exhibet in *M* desiderata, ut de fract. 426. 3. 1 *af* *ἀτὰρ ἀλγέει μάλιστα κατὰ τὸ ἐξεχον ψανόμενον.* 546. 40. 7. *πρὸ τοῦ πήχεος*, quae recentiori manu oblitterata aut punctis notata sunt. Cum codicibus *M* et *N* maxime congruit Mediceus ille (*B*), quem primus Foesius excussit ad exornandam editionem scriptorum Hippocratis, qui illis temporibus Lutetiae diligenter asservabatur in bibliotheca Medicea reginae matris Catharinae de Medicis [5]). Continet autem *B* scripta *κατ᾿ ἰητρεῖον, περὶ ἀγμῶν, περὶ ἄρθρων, περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, μοχλικόν*, — omittit *περὶ ὀστέων φύσιος* — nonnullaqua alia. Hi vero codices in libris, quos tractamus, miro modo lectionibus consentiunt.

Atque persaepe accidit, ut alium atque ceteri codices verborum ordinem exhibeant, quod nonnullis exemplis illustrabo:

de cap. vul. 188. 1. 4. *ὑγρὰ καὶ πολλά BMN. πολλὰ κ. ὑ.* cet. 218. 11. 9. *κίνδυνος ταῦτα πάσχειν τὸ ὀστέον BMN ταῦτα π. τ. ὀ. κίνδυνος* cet.

de fract. 412. 1. 2. *ποιέεσθαι τὰς κατατάσιας* habent

1) cf. l. l. tom. I. p. 25. annot. 5.

2) cf. Dietz l. l. tom. I. praef. p. X.

3) cf. Bandini cat. codicum Graecorum biblioth. Laurentianae ... Florentiae 1770. tom. III. pp. 54 sqq.

4) cf. l. l. tom. I. praef. pag. X.

5) cf. ed. Foes. anni 1620. p. 1328.

*BMN*. τὰς κ. π. cet. 482. 19. 2. περὶ παντὸς ποιέεσθαι *BMN* ποιέεσθαι π. π. cet. 492. 23. 1. χρὴ ἐπιμελέεσθαι κάρτα *BMN* κάρτα ἐ. χ. cet.

de artic. 82. 2. 3 *af*. ὄπισθεν παρὰ τὸ ἄρθρον *BMN* παρὰ τ. ἄ. ὄ. cet. 150. 33. 1 *af*. καὶ τοῦτον χρή *BMN* χρὴ κ. τ. cet. 290. 70. 5. ταῦτα δὲ πάντα *BMN* πάντα δὲ τ. cet.

Sed noli putare hanc totam esse farraginem; saepissime occurrunt eius modi exempla.

Tum haud raro *BMN* verba, quae ceteri codices omittunt, praebent, quae ceteri praebent, omittunt. Respicias autem velim exempli causa:

de cap. vul. 206. 7. 3. καὶ ἕδρη μὲν ἂν γένοιτο, φλάσιν ἔχουσα τὸν ὀστέον περὶ αὐτὴν, ῥωγμὴ δὲ οὐκ ἄν προς γένοιτο τῇ ἕδρῃ καὶ τῇ φλάσει ὑπὸ τοῦ βέλεος· πέμπτος οὗτος ὁ τρόπος exh. sol. *BMN*.

de fract. 472. 15. 5. καὶ εἴθισται καθῆσθαι. 544. 82. 2. καὶ (ἐμπίπτει) διὰ τὴν φύσιν exh. soli *BMN*.

de articulis. 320. 82. 2. καὶ ἐμπίπτει soli *BMN* exh.

de cap. vul. 234. 13. 2 *af*. ἢν δ' ἐπὶ τὰ δεξιὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ὁ σπασπὸς ἐπιλαμβάνει om. soli *BMN*.

de fract. hoc in libro locos, ubi *BMN* tota enuntiata omittant, non inveni, sed singulas voces saepius non exhibent ut: 486. 20. 4. καὶ. 532. 33. 1. αὐτά. κτέ.

de articulis. 120. 14. 9. καὶ τάδε δεῖ προςιητρεύειν om. soli *BMN*. κτέ.

Praeterea *BMN* saepius easdem notas in margine exhibent, sed cum incertum sit, cui debeantur, huic rei haud quicquam ponderis tribuam.

Quae cum ita sint, hos codices ex uno eodemque fonte originem traxisse quis non videt? Cum autem *MN* extremam partem libri, qui est de capitis vulneribus, non exhibeant [1]), quam *B* exhibere videtur, in eam abeo sententiam, ut credam

1) cf. Litt. tom. III. pag. 260.

Nicetam et auctorem *B* vel eius prototypi his in libris exarandis ex uno fonte hausisse.

Quae quoniam in universum exposuimus, ad singula scripta transire placet. Itaque libri, qui est de capitis vulneribus, praeter codices *BMN* varias lectiones mihi praebebant Parisiensis 2255 (*E*) XIV saeculi, Parisiensis 2146 (*C*) XVI saeculi [1]), Monacensis (*U*) anni 1551, cuius lectiones dat editio Petrequiniana. Quorum codices *C* et *U* ex uno fonte profluxisse hoc in scripto tradendo manufestum est. Nam post ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει [2]) in codice *C* adest fragmentum ex libro, qui est de aere aquis locis, depromptum ὅτι τὸ παχύτατον .. ἤν ἕλκος ἐγγένηται [3]), quod sequitur aliud fragmentum eodem ex libro captum τοῦ δὲ χειμῶνος .... οὐρέουσιν οἱ λιθῶντες [4]); tum sequitur πρὸς τὸν γινόμενον ὀῤῥόν. Quibus interiectis *C* pergit καὶ ἤν etc. usque ad finem. Eodem autem modo codicem Monacensem esse comparatum docet Petrequinius tom. I. p. 522 annot. Praeterea respicias velim quales formas genitivi singularis, nominativi, genitivi, accusativi pluralis earum vocum *C* et *U* praebeant, quarum illos casus reliqua memoria in ιος, ιές, ιων, ιας exeuntes dat. Itaque conspectum dabo:

188. 1 *af* τρώσηων *CU*. ιων cet. 192. 2. 3. τρώσηων *CU*. ιων cet. φλάσηος *CU*. ιος cet. 194. 3. 2. φλάσηος *CU*. ιος cet. ἐςφλάσηος *CU*. ιος cet. 204. 6. 1. φύσηος *CU*. ιος cet. 208. 5. 5. φλάσηος *CU*. ιος cet. ib. 7. φλάσηος *CU*. ιος cet. 210. 9. 1. κατήξηος *CU*. ιος cet. ib. 1 *af*. φύσηος *CU*. ιος cet. ib. πρίσηος *CU*. ιος cet. 212. 10. 2. πρίσηος *CU*. ιος cet. ib. 3. φλάσηος *CU*. ιος cet. 214. 10. 8. ὑποκρίσηος *CU*. ιος. cet. 218. 11. 2. φύσηος *CU*. ιος cet. 226. 12. 1. φύσηος *CU*. ιος cet. 228. 12. 4. φλάσηος *CU*. ιος cet. ib. 13. 1. ἰήσηος *CU*. ιος cet. 230. 13. 3. καταπλάσηος *CU*. ιος cet. ib. 4. ἐπιδέσηος *CU*. ιος 236. 14. 3. *af*. φλάσηος *CU*. ιος cet. 236. 14. 3. *af*. φύσηος

1) cf. Litt. I, 518. 529. V, 76.

2) vide Litt. III. p. 260.

3) vide Litt. II, 38. 1 af — 48, 3 af.

4) vide Litt. II. 16. 4 — 38. 1 af.

*CU.* *ιος* cet. 248. 17. 1. *φύσηος* *CU.* *ιος* cet. 256. 21. 1. *πρίσηος* *CU.* *ιος* cet. 258. 21. 3. *πρίσηος* *CU.* *ιος* cet.

Sed 210. 7. 2. *φύσηας* *U* *ιας* cet.

Atque 214. 10. 7. *φάσηας* *C* *ιας* cet. ib. 6 *af.* *μηλώσηος* *C* *ιος* cet. 214. 11. 2. *φλάσηας* *C.* *ιας* cet. 220. 11. 6. *af.* *φύσηος* *C* *ιος* cet. Atque 214. 11. 2. *φύσιος* *BMN* *εως* cet. 236. 14. 4. *af.* *ῥηξέων* *B* *ῥιξέων* *MN* *ῥήξεων* *CUE.*

Itaque *C* 3, *U* 6 locis exceptis *η* pro *ι* exhibent. Quae res quomodo facilius explicari potest, quam ita ut communem fontem adesse statuas.

Iam veniamus ad librum qui est de fractis; cuius varias lectiones praeter codices *BMN* mihi praebebant Parisienses 2146 (*E*) 2254 (*D*) 2144 (*F*) 2141 (*G*) 2142 (*H*) 2140 (*I*) 2145 (*K*) 2143 (*I*) quarto decimo saeculo exarati [1]), per editionem Littréanam, codex Monacensis per editionem Petrequinianam, codex Vossianus, de quo Ermerinsius tom. I. praef. p. IX hunc in modum verba fecit: »Vossianus codex recens est vulgatum textum, quem Littréus appellavit, fere repraesentans, vitiis scripturae plenus et omissionibus omnigenis. Non nisi minoris pretii codicibus Pariensibus aequiparandus«. Quibus accedit codex Venetus (*A*) cuius lectiones huius libri et proximi per edit. Petrequinianam inspexi, quem Petrequinius sic describit [2]): »Il existe à la bibliothèque de Saint-Mare à Venise sous le no. 269 un manuscrit grec du XI siècle, fort estimé, de la même famille, que notre manuscrit 2253, mais plus complet«.

Librum autem, qui est de articulis, praeter *ABMNCFGH IJKV* mihi praebebant codices Parisienses 2255 (*E*) 1868 (*C*) 1849 (*P*) XIV saeculi [3]). Quos inter codices quae ratio intercedat ut intellegas, hunc proponam conspectum:

de fractis 452. 11. 3 *af.* *καὶ ὀθονίοισιν· ὕδατι δὲ θερμῷ πλείστῳ ἐπὶ τουτέοισι χρῆσθαι.* 466. 14. 4. *τοῖσι δὲ ἐπὶ θάτερα*

---

1) cf. Litt. tom. I, pp. 512 et 520.
2) vide tom. I, p. 141.
3) cf. Litt. tom. I, pp. 518. 527. IV. 76.

*κατώτερον τοῦ σφυροῦ ἀντ' ἐρείδοντα.* 518. 30. 2. *καὶ τοῖς μὴ ἐπιδεομένοισι* omittunt codices *DFGHIJK*.

de articulis 140. 29. 3. *βραχύνεται τὰ κάτω τοῦ ὀλισθήματος καὶ σάρκες μινύθουσι τἀναντία μάλιστα, ἢ ὡς τὸ ἔκπτωμα· ηὐξημένῳ δὲ τὰ ὀστέα.* 108. 11. 6. *af. οὐδ' ὅσα ἐσωτέρω τῶν ἀδένων· μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος. τοῖσι γὰρ ἐπικαιροτάτοισι τόνοισι γειτονεύονται· ὅσον δὲ ἐξωτέρω τῶν ἀδένων, ἐπιπλεῖστον ἀπολαμβάνειν.* 317. 78. 7 *af. ἢ τοὺς πρὸς κεφαλῆς, ἢ τοὺς πρὸς ποδῶν ἐρηρεῖσθαι πρὸς τὸν οὐδὸν εἴτε ἔξωθεν ξυμφέρει, εἴτε ἔσωθεν· παρὰ δὲ τοὺς ἑτέρους πόδας.* omittunt *EHIJFGK*.

Qualium lacunarum numerus in utraque libro augeri potest. Itaque luculentissime apparet hoc in libro *EHIJFGK*, in illo *DEFGHIJK* unum eundemque fontem redolere. Id unum certissimum explorare potui.

Quod cum statuerim, consentire aliquo modo mihi videor cum Littréo [1]), qui alia de causa *FGIJK* una familia continet, et cum Petrequinio, qui tom. I, pag. 140 ita dicit: »Je suis frappé de voir que la plupart de ces manuscrits paraissait copiés sur un prototype commun quant à la série des matières; les six, qui réunissent huit traités les offrent tous dans la même ordre. *FGHIJK* — il en est absoluement de même de *D* et *E*, si l'on enlève par la pensée les deux traités, qui les complètent«.

Quaeritur nunc quid singuli codices valeant ad textum, qui vocatur, restituendum. Quales quaestiones viri docti ita tractare solent, ut numerum quendam, modo magnus sit, lectionum, quae per se sunt probabilissimae, sed memoria vario modo traduntur, ex scripto aliquo depromant. Tum quo quisque codex plures veras lectiones praebet, eo maior fides ei tribuitur. Quam viam praeter alios ingressus est Otho Riemann [1]). Qua ratione adhibita statim ad eam sententiam sumus adducti,

---

1) cf. tom. I. p. 537.

2) Otho Riemann, qua rei criticae tractandae ratione Hellenicon Xenophontis textus constituendus sit. Parisiis 1879.

ut codices *ABMN* omnibus ceteris longe anteponendos esse censeamus, quae eo quoque firmatur, quod hi non aeque ac ceteri lacunis sunt foedati — quamquam lacunae non semper sunt deterioris codicis — atque, si recte de *BMN* statuimus, maiorem aetatem redolent. Sed cum totam hanc quaestionem exscribere longum sit, codicum *N* et *G* exemplo illustrabo, cur in illa sententia sim. Qui in vv. 1--66 libri, qui est de fractis, his locis ita discrepant — accentus autem plane omittam — ut quid melius sit, diiudicari possit.

| *N* | *G* |
|---|---|
| 412. 1. 2. *κατατάσιας.* | *καταστάσιας.* |
| 414. 1. 4. *af. ἤ.* | om. |
| 418. 2. 3. *ἐπέδει.* | *ἐπέδυ.* |
| ib. 4. *af. ἐπελελήθει.* | *ἐπελελύθει.* |
| 420. 2. 7. *τοῦ.* | *τοῦτο.* |
| ib. 5. *af. ποιέει.* | *ποιέειν.* |
| ib. 4. *af. ὡς εἰ ἓν εἴη —* | *ὡς ἐνείη.* |
| ib. 3. *af. ἀκαμπτότατον.* | *ἀκαμπτώτατον.* |
| 422. 2. 5. *εἰ.* | om. |
| ib. 6. *συγκάμψαι —* | *συγκάψαι.* |
| ib. 2. *af. σοφιζόμενος —* | *σοφιζόμενον.* |
| ib. 2 *af. εἶα.* | om. |

Omnibus autem his locis *N* haud dubie meliorem lectionem praebet. Quod specimen sufficiat. Utrum autem *BMN*, quorum hic prototypum accuratius quam *M* sequi videtur [1]), qui tantopere inter se congruunt, ut fere semper easdem exhibeant lectiones, an Venetus melioris notae sint, hac de re, cum locorum, quibus variae lectiones adsunt, plures in medio sint relinquendi, iudicium ferre non audeo. Itaque quantum codices sunt respiciendi, in *ABMN* cardo rei criticae factitandae versatur; sed semper animo tenendum est *BMN* unum fontem redolere itaque cavendum esse, ne consensui codicum *BMN* vel *BM* vel *BN* vel *MN* plus ponderis tribuatur.

---

1) cf. quae disputavi pag. 4 vv. 12 sqq.

Nec vero praetermittam quae Petrequinius tom. I. pp. 142 sq. de codicum auctoritate in medium profert: ... »je trouve .. qu'il (*H*) figure mal dans les fractures, où c'est à *ABMN*, qu'on doit les leçons les meilleurs; I généralement assez médiocre en fournit de bonnes ainsi que *U*; que pour les articulations *H* occupe le second rang avec *C*, le premier revenant à *ABMN* et le troisième à *EK*, le quatrième à *U* avec *FGIJV*; enfin que dans les plaies de tête c'est à *BMN*, qu'ont doit les leçons les meilleurs; qu'au second rang arrive *U* copié ici sur un manuscrit de la même famille que *C* et qu'il prend de l'importance en raison de ce que ce traité n'existe que dans peu d'exemplaires; *E* se présente en troisième ligne« etc. Quae sententia nullis argumentis firmata quatenus a me probetur, ex eo quod supra disputavi cernes. Quod autem codices deteriores in complura genera divisit, haud scio an id supervacaneum sit ac certis argumentis careat. Sed optimo iure Petrequinius in libro, qui est de articulis, codicem *H* secundo loco habere videtur, cum huius codicis pars, quae illud scriptum continet, multo antiquiore manu sit exarata [1]). Haec habui, quae de libris manuscriptis in medium proferrem.

Itaque ut ad veterum auctorum testimonia transeamus primus respiciendus est Apollonius Citiensis, qui primo saeculo ante Christum natum Alexandriae floruit [2]) cuius commentarios tres in librum, qui est *περὶ ἄρθρων*, conscriptos Dietz ex fide codicum Laurentiani illius collectionem Nicetae continentis et Parisenium *M* et *N*, quos F(onteblandensem) et M(ediceum) appellavit, excussit [3]). Sed cum *M* et *N* ex codice Laurentiano profluxerint atque in iis Hippocratis verba a scribis libris manuscriptis Hippocratis sint accomodata [4]) solus Laurentianus ad

1) cf. Litt. I, pp. 512 et 513.
2) cf. Dietz, Apoll. Citiensis ... scholia tom. I. praef. pag. VIII. Litt. I. pagg. 93 sqq.
3) cf. l. l. tom. I, pgg. 1—50.
4) cf. Dietz I, p. 2 ann. 7.

textum restituendum valet. Cum autem Apollonius permultos versus exscripserit, de quibus commentaretur ac meditaretur, qui haud semel aliam speciem prae se ferunt ac reliquae memoriae, summi momenti videtur intellegere, utrum ad verba textum Hippocraticum, quem ante oculos habebat, expresserit an argumentum magis respexerit. Atque cum ipsos commentarios evolverem, aliquot locos invenire mihi contigit, quibus hanc quaestionem certum ad finem adducere possem. Occurrit enim in commentario secundo [1]: *ὅσοις δὲ ἐκ καταπτώσιος ῥάχις κυφοῦται, ὀλίγα δὴ τούτων ἐκρατήθη ὥστε ἐξιθυνθῆναι. τοῦτο μὲν γὰρ αἱ ἐν τῇ κλίμακι κατατάσιας οὐδὲν ἀποεξίθυναν ὧν* (*ὃν L*) *ἐγὼ οἶδα. χρέονται δὲ ἰητρὸι αὐτῇ μάλιστα οὗτοι οἳ ἐπιθυμοῦνται ἐκχαυνοῦν τὸν πολλὸν λαόν. ἐν τοῖσι γὰρ τοιούτοισι ταῦτα θαυμαστά ἐστιν, ἢν ἢ κρεμάμενον ἴδωσιν ἢ ῥιπτόμενον.* Quo cum conferas quod exstat in commentario III [2]: *τοῦτο μὲν γὰρ αἱ ἐν τῇ κλίμακι κατατάσιες οὐχ ἓν ἅπαξ ἐξίθυναν, ὧν ἐγὼ οἶδα. χρῶνται δὲ οἱ ἰητροὶ αὐτῇ μάλιστα οὕτως ἐπιθυμοῦντες ἐκχαυνοῦν τὸν πολὺν λαόν. τοῖσι γὰρ τοιούτοις θαυμαστά ἐστιν, ἂν ἢ κρεμάμενον ἢ ῥιπτούμενον ἴδωσιν ἢ ὅσα τοιούτοις ἔοικε καὶ ταῦτα κληίζουσι ἀεὶ καὶ οὐκέτι αὐτοῖς μέλει κτέ.* quos locos ex fide reliquae memoriae expressit Littréus tom. IV. p. 182. cap. 42. In utroque autem loco exarando Apollonium textum Hippocratium, quem ante oculos habebat, èvolvisse vel primo obtutu luce clarius apparet. Nam praeter verba communia utroque loco alia quoque Hippocratica dantur, cum loco illo com. III verba *ὅσοις δὲ ἐκ κτέ*, loco com. II verba inde a *ἢ ὅσα τοιούτοις* desiderentur. Atqui enuntiata in utroque commentario ante oculos versata re ac argumenta illa quidem paria, vocibus diversa sunt. Itaque mea quidem sententia Apollonius non id imprimis studuit, ut locos Hippocraticos, quos depromebat, ad verba exprimeret. Eadem fere ratio intercedit inter verba *αὐτὸς μέντοι κτέ.* [3] et *αὐτὸς μέντοι*

1) cf. Dietz I, 20. 3 *af.* sqq.
2) cf. l. l. I, 38 *af.* sqq.
3) cf. l. l. I. 21. 8 sqq.

*κτέ.*[1]) atque *αἰσχρὸν μὲν κτέ.*[2]) et *αἰσχρὸν μέντοι κτέ.*[3]) quos locos ad memoriam Laurentiani legi volo. Itaque si haec recte a nobis disputata sunt, Apollonius ubicunque a reliqua memoria recedit haud ita multum valet, ubicunque consentit cum lectione aliqua eam maxime firmat.

Nec vero sine fructu excutitur Erotianus, qui Neronis temporibus scripsit *τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγήν*[4]). Cuius editiones duae praesto mihi erant: Erotiani Galeni et Herodoti glossaria in Hipp. ... ed. Jo. Ge. Friedr. Franzius. Lipsiae 1780, atque Erotiani vocum Hipp. conlectio. recens. Iosephus Klein. Lipsiae 1865.

Sed iam ad Claudium Galenum medicum celeberrimum Pergamenum transeo, qui medio saeculo secundo floruit. Qui cum explanationes obsoletarum Hippocratis vocum, quas per editionem Franzianam modo landatam inspexi, et commentarios in permulta scripta Hippocratica confecerit, quorum praeter alios commentarii tres in librum fractorum, quattuor in librum articulorum conscripti ad nos devenerunt, quid valeat ad textum reficiendum videamus. Continentur autem *Γαλήνου εἰς τὸ Ἱπποκράτους περὶ ἀγμῶν ὑπόμνημα α, β, γ* tom. XVIII, par. 2, *εἰς τὸ Ἱπποκράτους περὶ ἄρθρων ὑπόμνημα α, β, γ, δ* tom. XVIII, p. 1 illius libri, qui inscribitur: medicorum Graecorum opera quae exstant. edit. curavit D. Carolus Gottlob Kühn. De Galeni vero auctoritate vehementissime viros doctos dissentire intellego. Nam cum inter alios Littréus[5]) hunc in modum locutus sit: »On ne peut trop faire usage des conseils, des corrections et des explications d'un homme qui se donnait le soin de consulter les manuscrits, qui avait à sa disposition d'antiques bibliothèques, maintenant anéanties, qui possédait de très grandes connaissances dans la philosophie et les sciences

---

1) cf. Dietz I. 37. 2 sqq.
2) ibidem 23. 19 af. sqq.
3) ibidem 37. 7 sqq.
4) cf. Litt. I. pp. 99 sq.
5) I. p. 121.

et qui est resté un maître dans la médicine« etc. prorsus alias sententias protulerunt Darembergius [1]) Ermerinsius [2]) Cobet [3]). Quorum ad acerbissimum iudicium Cobet progressus est, cuius summa his fere continetur. »(Galenus) itaque nedum cum Aristarcho comparandus est, sed emendationem et olim et nunc impedivit magis quam adiuvit« atque »sint igitur quantumvis veteres et in media Graecia nati et docti, nos eorum auctoritatem iure aspernabimur et eorum testimoniis si sapimus nihil credemus« [4]). Sed licet Galenus critica facultate altiore, quae vocatur, atque interiore cognitione veteris linguae Graecae careat, tamen plurimum confert ad restituendum textum. Multis enim codicibus, quorum nonnullos vetustissimos fuisse suspicari licet, utebatur: *οὐ μήγε ἐν δυοῖν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν, οἷς ἀνέγνωμεν, οὕτως ἔχουσαν εὕρομεν τὴν λέξιν, ἐπίτηδες ἅπασας μὲν ἰδόντες τὰς κατὰ τὰς δεμοσίας βιβλιοθήκας, ἅπαντα δὲ παρὰ τοῖς φίλοις.* [5]) *τινὲς μὲν γὰρ καί πάνυ παλαιῶν βιβλίων ἀνευρεῖν ἐσπόνδασαν πρὸ τριακοσίων ἐτῶν γεγραμένα* [6]). Quae autem via in adhibendis codicibus ingredienda esset, optime Galenus noverat: *ἀλλ' ἐγὼ τὰς παλαιὰς γραφὰς πρυαιροῦμαι κἂν ἀπίθανοι δοκῶσιν εἶναι καὶ μείζονα τὴν ἀπορίαν ἔχοιεν· δι' αὐτὸ γὰρ πιστεύοι ἄν τις αὐτὰς οὕτως εἰρῆσθαι· διότι καίτοι γε ἀπορίας οὔσης περὶ τὴν ἐξήγησιν ὅμως οἱ παλαιότατοι τῶν ἐξηγητῶν ἐν ταύταις ὁμολογοῦσιν. εἰ δὲ γ' ἐτόλμων αὐταῖς μεταγράφειν, εἰς εὐπορωτέραν ἂν ὑπήλλαττον λέξιν, ὥστε πιθανὴν γενέσθαι τῆν ἐξήγησιν* [7]). Praeterea cum saepius alios medicos, qui Hippocraticis scriptis operam dederant, increpet, haud semel fit, ut variae lectiones, quae etiam tum circumferebantur [8]), ei

1) cf. Erm. I, prol. p. XXXIV.
2) cf. ed. tom. I, prol. p. XVIII.
3) vide Mnemos. vol. IX. 21 sqq.
4) cf. l. l. pp. 2. 3 et 4.
5) cf. Kühnianae editionis tom. XVII, part. II. p. 194 sq.
6) cf. Kühn. XVIII. II. 630.
7) cf. Kühn. XVII. 1. 1005.
8) cf. locos supra laudatos.

debeantur. Itaque Galenus praeclarissimum auxilium videtur ferre. Quamquam ut semper, ita hac quoque in re non credere, sed investigare viri philologi est.

Restat, ut paucis absolvam Palladium, qui septimo vel octavo p. Chr. n. saeculo floruit [1]). Cuius scholia, quae congessit in librum, qui est de fractis, sectioni sextae editionis Foesianae quasi in calce additae sunt. Sed cum nisi minore cum fructu non excutiatur, eum laudasse satis esto.

Quae quoniam exposui iam non habeo, quae de apparatu critico in medium proferam. Ex iis autem, quae proposuimus apparere videtur codices *ABMN* et Galenum fundamentum, ut ita dicam, textus restituendi nobis praebere.

---

Propositum nostrum cum duplex sit, ut et particularum et modorum usu observato iudicium feramus, priore loco de illis agamus.

## I.

## De particulis nonnullis.

Iam ante aliquot annos Kühleweinium eadem ratione instituta scriptis Hippocraticis operam dedisse pagina prima commemoravimus. Qui quamquam eos quoque libros, quos nos tractare volumus, respexit, tamen nostrum propositum non frustra susceptum esse putamus. Nam cum id inprimis Kühleweinius ageret, ut exploraret, quaenam ratio intercederet inter scripta, quae sunt *περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων* de capitis

1) cf. Dietz l. l. tom. II. praef. p. VI.
cf. Litt. tom. I, p. 126.

vulneribus, περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων de aere aquis locis, περὶ διαίτης ὀξέων de ratione victus in acutis, quod cum tota ex commentatione apparet tum ex excursu pp. 97 sq. instituto, de libris, quibuscum nobis res est, accuratiorem comparationem non esse institutam, minime est mirandum. Nec vero ille liber ita est comparatus, ut ex eo quid nostra in quaestione putandum sit cerni possit. Cum enim nihil habeat offensionis, quod auctor aliquoties dicendi usum leviter tantum perstringens depinxit, fit, ut eandem rationem adhibuerit in iis particulis tractandis, quas accuratius respici necesse erat. Sicut vocularum τέ — καί usum paucis exemplis ex omnibus scriptis promiscue allatis illustravit [1]), ut cerni minime possit num quid proprii singula scripta habeant: qua de re infra agemus. Praeterea haud semel manufestissimis erroribus est obnoxius. Sicut mirum in modum in inferiore pag. 27 legitur »exstant autem particulae μὲν οὖν his fere locis ..... de fractis § 2, 41.« — hoc autem nomine libros qui sunt fractis et de articulis contineri ex ratione citandorum locorum elucet [2]). — quamquam additur: [»multis horum locorum] quorum numerum fortasse augere possis«; sed conferas velim huius comm. pag. 23. Ut pagg. 2 et 45 sq. docemur μέντοι voculam cum desideretur in libro de cap. vuln., in libro »de fractis« circiter decies occurrere ac graviorem oppositionem indicare; quocum conferas comm. meae pag. 17. Atque haud scio an tales errores quodam modo minus offensionis habeant, cum Kühleweinius hos libros non aeque ac ceteros respexerit, sed gravius offendimur, quod ne in cap. vuln. quidem libro erroribus abstinuit. Iam videas velim quae verba in media pagina 82 adsunt: »οὖν cum relativo arcte coniunctum, cuius vim recte definire videtur Hartungius ..... in libris quos legi rarissime invenitur. Nam in libris, qui sunt de aere aquis locis, de victu acutorum, in libris Epidem.

1) cf. comment. laud. pp. 51 et 65.

2) cf. comm. l. med. pag. 47.

I et III omnino nusquam *οὖν* relativum sequitur. De humon. §. 14 *ὁκοιουτινος οὖν* legitur et in libro, qui est de capitis vulneribus, semel *γοῦν* ita usurpatum legitur post pronomen relativum, de qua re postea dicemus. Inter reliqua exempla, ubi *οὖν* relativo adiungitur, nullum est, quod huc referri possit« etc. Sed tria exempla ex libro, qui est de capitis vulneribus, deprompta tibi afferam. 208. 7. 2 af. *ὁπόσητις οὖν CU ὁκόσητις οὖν BMN ὁποσητις οὖν E.* 118. 11. 6 af. *ὅκως οὖν BMN. ὅπως οὖν* cet. 192. 2. 1 af. *ὅπου οὖν CU. ὁπουοῦν E. ὁκου ἂν BMN*, quorum lectio mihi cum editoribus recentioribus ex *ὅκου οὖν* corrupta videtur. Quae negligentiae cuiusdam indicia facile augeri possunt. Ut Kühleweinius media pag. 48 dicit: »sine particula *καί* (*οὐδέ*) duobus tantum locis *ἀτάρ* legitur, Coac § 74 ... de humorv. § 14«. Ego quidem *ἀτάρ* sine vocula *καί* vel *οὐδέ* inveni: de articul. 158. 35. 2 — 92. 7. 4 af. — 130. 16. 3 — 234. 53. 10 af. — 288. 69. 8. Praeterea p. 94 annot. docemur: »*Γὲμήν* non praemissa particula *μέν* legitur his locis ..... de fractis § 3. 36. 45«. quibus locis addam de artic. 118. 14. 4 af. — 234. 53. 5. —

Sed cum adeo non sit nostrum totam commentationem Kühleweinianam perlustrare, ut contra id tantum agamus, ut nostrum laborem non frustra susceptum esse demonstremus, haec sufficiant.

Perlustrantibus igitur nobis libros illos cum similitudines tum dissimilitudines quam gravissimae in oculis versabantur. Cum autem usum particularum qualis exstet non depingere, sed ex discriminibus observatis coniecturam facere velimus, num tres illi libri uni auctori debeantur necne, similitudines plane omittendae videntur. Sed dissimilitudines num omnes valent hanc ad rem? Minime vero! Nam cum illa scripta diversissima sint magnitudine — continetur autem liber, qui est de fractis, tom. III. pp. 412—562, qui est de articulis, tom. IV. pp. 78—326 ed. Littréanae — offendere non potest, si in scripto

maioris ambitus hoc illudve dicendi genus occurrit, quod in alio minoris magnitudinis non obviam fit. Quo in numero praeter alias res habeam, quod *τέ* cui respondet *δέ*, cum desideretur in libro, qui est de capitis vulneribus, invenitur: de fract. 462, 13. 2 sqq. *τήν τε γὰρ ἐμβολὴν χρὴ . . . . ἰσχυροτέρης δὲ δεῖται* . . . . 540. 37. 3. *τότε γὰρ ἄρθρον τοῦ μηροῦ . . . τὸ δὲ τοῦ βραχίονος ἄρθρον.* de artic. 258. 60. 8. *ὑγιαίνουσά τε οὖν ἡ φύσις οὕτω πέφυκε . . . . ὅταν δὲ ἐκπεσὸν μὴ ἐμπέσῃ τὸ ἄρθρον.*

Tum semper quaerendum est, num pari modo occasio adfuerit ad usurpandam voculam quandam. Omninoque semper cavendum est, ne nimis temerarii videamur.

Sed nonnullarum vocularum, *μέντοι, μήν, ἀτάρ, οὖν, τέ — καί* dico, usus his in scriptis tam est diversus, ut ei rei permultum ponderis tribuendum videatur. Itaque quo facilius res perspiciatur, locos, quibus hae voculae inveniuntur, in una quaque tractanda praemittam.

## I. *MENTOI*

invenitur hisce locis:

de cap. vuln.: nusquam.

de fractis: 440. 7. 1 af. — 448. 8. 11 quo de loco conferas, quod infra exposui — 456. 11. 7 af. — 470. 14. 1 — 480. 18. 5 af. — 482. 19. 5 af. — 496. 24. 7 — 506. 26. 4 — ib. 8 — 500. 25. 5 af. — 526. 31. 7 af. — ib. 2 af. — 530. 31. 9 — 542. 37. 4 — 550. 41. 1 — 552. 42. 4 af. — 556. 46. 5.

de articulis. 78. 1. 2 — ib. 5. — 80. 1. 9. — 84. 4. 2 af. — 88. 6. 4 — 88. 7. 1. — 92. 7. 8. — ib. 5 af. — 94. 8. 6 af. — 98. 8. 3 af. — 104. 10. 10 — 114. 12. 8 — ib. 8 af. — 126. 14. 1 af. — 126. 14. 1 af. — 116. 13. 8 af. — 128. 15. 1 — 142. 30. 6 af. — ib. 1 af. — 154. 34. 2 af. 160. 36. 2 af. — 164. 37. 8 — 168. 38. 8 — 174. 40. 5 — 180. 41. 7 af. — ib. 2 af. — 182. 42. 2 — ib. 4 af. — 184. 42. 2 — 186. 43. 5 af. — 188. 44. 1 — ib. 8 — ib. 8 af. — ib. 4 af. — 206. 47. 7 af. — 222. 50. 1 af. — 224. 50. 3 — 234. 53. 10 — ib. 10 af. — ib.

4 af. — 236. 53. 1 — ib. 2 — 240. 56. 8 af. — 242. 55. 2. — 242. 56. 1 af. — 244. 56. 9 — 246. 57. 4 af. — 248. 58. 4 — 250. 58. 9 — 252. 58. 1 — 256. 60. 4 — 258. 60. 11 — ib. 6 af. — 268. 62. 6 — 270. 63. 2 — ib. 6 af. — 278. 67. 6 — 280. 67. 8 — 282. 69. 1 — 300. 72. 2 — 304. 75. 6 af. — 308. 77. 5 — 308. 77. 5 — 308. 76. 7 — 318. 80. 3 — Vocula *μέντοι*, cuius vis genuina affirmativa est, duplicem usum habet, cum et ad firmandum et ad opponendum aliquid superioribus adhibeatur. Nam si quid cum affirmatione pronuntiatur, saepissime oppositio quaedam subauditur. Itaque fit, ut *μέντοι* graviorem oppositionem indicet. Nec vero semper hanc vim servat, ut maius pondus notioni, quam infert, tribuat. Exemplum autem, ubi affirmationi merae inserviat, qui usus latissime patet in responsis atque interrogationibus, his in libris nusquam inveni. Itaque ut iam ad alteram vim, quam derivatam esse volumus, transeamus, *μέντοι* aliquoties respondet voculae antecedenti *μέν;* cuius usus ex libro de fractis conscripto hoc exemplum habeo, quod proferam. 456. 11. 8. *ταῦτα μὲν οὖν εἴρηται, οἷα τὰ ἰσχυρότατα φλάσματα γίνεται. τὰ μέντοι πλεῖστα ἡσυχαίως κτέ*, cum in altero libro saepius (octies) occurrat: ut 142. 30. 1 af. *ἐκπίπτει μὲν γνάθος ὀλιγάκις· σχᾶται μέντοι πολλάκις.* 224. 50. 2 sqq. *ἢν μὲν κάρτα ὀλίγον ἔῃ .... ἢν μέντοι παραμήκης ἔῃ ὁ μετεωρισμός.* Reliquum autem usum ut illustrem videas: de fract. 440. 7. 1 af. *ἔπειτα μέντοι ἐκ προςαγωγῆς ἀνακομίζεσθαι.* de articulis 104. 10. 10 *εἰ μέντοι τις προς αγαγκάζοι προςαγεται μὲν, ἐπιπόνυς δέ.* Duobus locis *μέντοι* cum vocula *γε* copulata ad opponendum adhibetur. de fract. 500. 25. 5 af. *οὐ μέντοι γε ἂν ἔγραφον* etc. de artic. 270. 63. 6 af. *οὐ μέντοι γε οὐδὲ τοῦτο δοκέω.* Commemoratione autem dignum videtur, quod legitur de artic. 278. 67. 5 sqq. *ὅμως δέ τι ἄξιον ἐμβάλλειν προείποντα ὅτι φυλακῆς πολλῆς καὶ μελέτης δέεται. ἐμβάλλειν μέντοι ῥήϊστον κτέ.* Quo loco scriptor ex proxima sententia vocem depromit, de qua accuratius agat, quae ita inducitur, ut vocula *μέντοι* adhibita superioribus apponatur. Huc addam de art. 256. 60. 4 sq.: *οὗτοι δύνανται*

*σχεδὸν ὀρθοὶ ὁδοιπορέειν ἄνευ ξύλου καὶ πάνυ μέντοι εὐθέες*, ubi *καί* annexioni, *μέντοι* oppositioni inservire volo, ut voculae *καί* — *μέντοι* eodem fere loco sint habendae, quo *καί* — *δέ*, quae formula his quoque in scriptis aliquotios obviam fit; sic ut de cap. vul. 208. 7. 1. *καὶ ἕδρῃ δέ*. sicut de fract. 414. 1. 3 *καὶ παντὸς δὲ ἰητροῦ*. sicut de artic. 270. 63. 4 *καὶ ἡ ζωὴ δέ*. Quamquam negare non possum hic etiam affirmativam vim *μέντοι* habere posse, sed voculam *πάνυ* antecedenti *σχεδόν* opponi mihi placet. Nec praetermittere debeo de fract 448. 8. 1 af. ubi hunc in modum codices fluctuant: *φυλάσσεσθαι δὲ μέντοι χρή* *AFGIU*. *φυλάσσεσθαι δὲ ἀεί* *BMN*. *φυλάσσεσθαι μέντοι* cet. Quo loco prima lectio haud dubie mixtis duabus aliis exorta est, ut iniuria Petrequinus codicum *AFGIU* fidem secutus *φυλάσσεσθαι δὲ μέντοι* etc. legendum proponere videatur. Utrum autem codices *BMN* an ii, qui solam vocem *μέντοι* exhibent, sequendi sint, cum utraque lectio optime cum sensu loci congruat, dijudicare nequeo. Itaque quamquam per vim genuinam *μέντοι* graviorem oppositionem indicat, tamen respicienti quanta sit farrago his in libris ac quo modo loci, quibus *μέντοι* occurrat, sint comparati, minime verisimile videbitur semper hanc voculam esse usurpatam, qua maiore cum pondere oppositio fiat. Quare cum hoc simplicis oppositionis genus in libro, qui est de capitis vulneribus, frustra quaeras, aliquid discriminis statuimus.

## II. *MHN*

obviam fit hisce locis:

de cap. vuln. nusquam.

de fract.: 426. 3. 2 af. — 438. 6. 7 — 486. 16. 5 — 478. 17. 2 — 510. 27. 4 af. — 534. 33. 4 — 536. 35. 1 af. — 544. 37. 3 af. — 556. 45. 1 af. quo de loco cf. infra.

de articulis: 92. 7. 6 — ib. 7 af. — 100. 9. 3 — 104. 10. 7 — 114. 12. 9 — 116. 13. 4 af. — 118. 14. 2 af. — ib. 1 af. 171. 40. 6 af. — 174. 40. 7. — 182. 41. 4 — 186. 43. 2 af. — 206. 47. 1 af. — 214. 48. 8 — ib. 6 — ib. 9 — 222. 50. 3 af. — 226. 51. 1 — 234. 53. 5 — 242. 55. 4 af. — 258. 60. 7 af. —

Quae particula simillima est voculae *μέντοι*, cum item eius vis genuina sit confirmativa, ex qua adversativa est derivata. Nec vero his in libris nisi paucis locis *μήν* ad confirmandum aliquid adhibetur, quod procul dubio fit: de fractis 476. 16. 5 *ἀλλὰ μὴν ἀστεργέστερον ξύλον κτέ.* de articulis 214. 48. 6 *ἀλλὰ μὴν κτέ.* ib. 8 *καὶ μὴν αἱ μεγάλαι κτέ.* Sed cum vis adversativa ex affirmativa profecta sit, nihil miri habet, quod aliquoties plane decerni non potest utra vis adsit. Ut ipse haesito hisce locis: de art. 114. 12. 9 — 214. 48. 8 — 226. 51. 1 ubi *οὐ μὴν οὐδέ* legitur. Similique modo nonnullis aliis locis dissensio exoriri potest. Id vero affirmare volo longe plerisque locis *μήν* ad opponendum adhiberi. Ut *μέν* antecedenti respondet: de fractis 478. 17. 2 *κατατάσιος μὲν ἀσθενεστέρης δεῖται, οὐ μὴν ἐλλείπειν χρή.* de artic. 100. 9. 3. *οὗτοι μὲν οὐδὲν νομίζουσι .... ἰητροῦ μήν ἐστι.* Nec minus aperte vis adversativa adest hisce locis: de fractis 438. 6. 7. *παχύτατον δὲ χρὴ εἶναι τὸν νάρθηκα .... μὴ μὴν πολλῷ.* 544. 37. 3 af. *τό σκέλος ἀνωτέρω ἔχειν μὴ μὴν πολλῷ.* de artic. 222. 50. 3 af. *καίειν χρὴ, μὴ μὴν διαθερμανθῆναι τὸ ὀστέον.* Quorum Kühleweinius nisi primum exemplum non exhibet, cum dicat (p. 95): »praeter hunc locum nullum novi, ubi *μὴ μήν* inveniatur«. Exscribere mihi liceat locum quoque, qui adest de art. 118. 14. 1 af. *τὸ πρῶτον αἴσχιστον, ἔπειτα μήν*, quo quae vis *μήν* insit nemo non videt.

Tum *μήν* haud semel cum vocula *γε* consociata invenitur. Atque cum duplex sit vis particulae *μήν*, tota harum quoque vocularum farrago in duas partes dividenda videtur, ita quidem ut aut *γέ* efferendo, *μήν* confirmando, aut *γέ* efferendo *μήν* opponendo inserviat. Sed ubicunque his in libris *γὲ μήν* occurrit vis adversativa aperta est. Sunt autem loci hi: de fract. 426. 3. 3 af. *τοῦ γε μὴν ἐμπείρου.* 536. 35. 2 af. *περι γένοιντο ἂν ...... σπανίως γε μήν.* 556. 45. 3 af. *Αἶσχός γε μήν* 233. 53. 5. *ἥγε μὴν ξυναύξησις.* Reputanti igitur mihi rem quod *μήν* ad confirmandum aliquid in libro, qui est de

capitis vulneribus, non adhibetur, nihil affensionis habet; sed cum in libris de fractis atque de articulis conscriptis sat multis locis *μήν* aut sola aut cum *γε* copulata opponendi causa adhibeatur, quod in illo, quamquam haud dubie fieri potuit, non fit, in eam adducor sententiam, ut credam auctorem libri, qui est de cap. vulneribus, arctioribus terminis usum particulae *μήν* circumscripsisse.

## III. *ΑΤΑΡ.*

de cap. vuln. nusquam invenitur.

de fractis: 438. 6. 4 — 448. 8. 3 — 492. 23. 2 af. — 506. 27. 1 af — 562. 48. 5 af. — Quibus accedit 426. 3. 1 af., si cum Ermerinsio et Littréo verba *ἀτὰρ καὶ ἀλγέει μάλιστα κατὰ τὸ ἐξέχον ψανόμενον*, quae uno codice *N* tradita optime cum sensu loci congruunt, in textum recipis.

de articulis 92. 7. 4 af. — ib. 2 — 86. 5. 1 — 88. 6. 1 — 98. 8. 3 — ib. 12 — 78. 1. 4 — 104. 10. 3 — 112. 11. 4 af — 114. 12. 4 — 120. 14. 4 af. — 130. 16. 3 — 158. 35. 2 — 168. 38. 5 — 170. 38. 8 — 172. 40. 4 — ib. 5 — 180. 41. 9 — 200. 46. 6 — 200. 47. 2 — 206. 47. 10 af. — 218. 49. 2 — 218. 50. 4 af. — 226. 51. 2 — 222. 50. 12 — 234. 53. 10 af. — 238. 54. 6 af. — ib. 2 af. — 220. 50. 3. — 270. 63. 6 — 276. 66. 2 af. — 282. 68. 4 — 288. 69. 8 — 294. 71. 10 — 308. 76. 3 — 320. 82. 1 af. — 322. 82. 5.

Quae particula adversativa [1]), in libro, qui est de fractis, nisi cum *καί* copulata non invenitur cf. 448. 8. 3 *ὁ βραχίων* ... *ἀτὰρ καὶ τ' ἄλλα πάντα ὀστέα.* Quod idem fere in librum de articulis conscriptum cadit, cf. 86. 5. 1. *ἀτὰρ καὶ οἱ περὶ τὸ ὕπερον* etc. Semel autem legitur *ἀτὰρ οὐδὲ.* de art. 78. 1. 4. *ἀτὰρ οὐδὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν οὐδέπω ὄπωπα.* Atque cum iam infima pag. 16 locos laudarim, quibus *ἀτάρ* sine *καί* vel *οὐδέ* obviam est, restat, ut moneam his in libris aliquoties *ἀτάρ*

---

1) cf. Baeumlein, Untersuch. über gr. Partikeln pp. 50 sqq. Kühner, ausführl. griech. Gr. II. p. 820. 3.

antecedenti *μέν* respondere. cf. de fract. 438. 6. 4. *μάλιστα μὲν κατὰ τὸ κάτηγμα, ἀτὰρ καὶ τ' ἄλλα.* quod unum exemplum hoc in libro exstat. de articulis. 92. 7. 2. *τὰ μὲν οὖν νεαρὰ ἐμπίπτει θᾶσσον . . . ἀτὰρ καὶ τὰ παλαιά.* 234. 53. 10 af. *μινύθει μὲν, ἀτὰρ οὐχ ὁμοίως.* de art. 170. 38. 8 codices ita fluctuant, ut exhibeant *καὶ γὰρ καὶ ὁκόσοισιν εἰς τὸ πλάγιον ἡ ῥὶς κατάγνυται, τὰ μὲν ἄλλα ἰητρεύειν χρή* *B E F G K M O V.* *ἀτὰρ καὶ ὁκόσοισιν κτέ* cet. Sed cum *καὶ γὰρ καὶ κτέ* hoc loco minus apte dicatur, oppositio autem quaedam desideretur, genuinam lectionem codicis *N* fide codicum *A* nonnullorumque aliorum deterioris notae firmatam cum editoribus sequar.

Cum igitur his in libris *ἀτάρ* sat multis locis occurrat, frustra quaeritur in libro, qui est de capitis vulneribus, quamquam hoc quoque in libro procul dubio haud semel usurpari poterat. Itaque auctor huius libri voculis *μέντοι, μήν, ἀτάρ,* quibus aliquid superioribus opponeret, abstinuit, quamquam saepius earum usurpandarum occasionem adfuisse putandum est. Atque si una tantum frustra quaereretur, haud ita graviter offenderer. Neque enim ex certa norma ac regula scriptores certo intervallo interiecto his illisve voculis uti solent, sed quasi impetum quendam animi secuti tum rarius tum saepius; ut si una tantum illarum vocum non adhibita esset, id forte ac casu quodam factum esse cogitari posset. Cui quantum tribui debeatur, ut intellegas, in libro, qui est de articulis, inde a p. 240—270 voculam *ἀτάρ* ne usquam quidem, inde a p. 320—322 in octo versibus ter inveniri respicias. Nec vero si rarissime hae particulae in libro de cap. vul. conscripto invenirentur, discrimen cuiusdam ponderis statuerim. Videas enim quantum numero voculae *ἀτάρ* libri, qui sunt de fractis atque de articulis, inter se discrepent, quos uni eidemque auctori deberi cum ex aliis rebus elucet tum ex eo, quod verba, quae sunt de art. 296. 72. 1 sqq. *εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν ἤδη, ὅτι ἐπάξιον, ὅστις ἐν πόλει πολυανθρώπῳ ἰητρεύει, ξύλον κεκτῆσθαι*

*τετράγωνον, ὡς ἑξάπηχυ κτέ* procul dubio verba respiciunt quae exstant de fract. 466. 13. 3 sqq. *Ἄριστον δὲ, ὅστις ἐν πόλει μεγάλῃ ἰητρεύει κεκτῆσθαι ξύλον κτέ.*

Sed cum nec vola nec vestigium ullius harum vocularum in illo libro exstet, maximum discrimen invenire mihi contigit.

## IV. *ΟΥΝ*

exstat:

de cap. vul.

*οὖν* 234. 14. 1.

*μὲν οὖν* 188. 1. 2 af. ex coniectura probabilissima eaque ab omnibus, quod quidem sciam, accepta — 212. 10. 5 af — *οὖν* cum relativo arctissime coniunctum 192. 2 af. — 208. 7. 2 af. — 218. 11. 6 af. — *γοῦν* eadem ratione usurpatum 252. 19. 4.

de tractis. *οὖν* 414. 1. 3 af. — 426. 3. 3 — 434. 5. 4 af. — 442. 7. 3 af. — 444. 8. 5 — 466. 14. 3 — 450. 9. 3 af. — 472. 14. 6 af — 476. 16. 8 — 480. 18. 3 af. — 482. 19. 8 — 484. 20. 4 af. — 490. 22. 3 af. bis — 492. 22. 3 — 498. 25. 1 af. 508. 27. 1 — 512. 28. 6 — 530. 31. 5 af. (*ABC*) — 532. 33. 5 af. — 538. 35. 5.

*μὲν οὖν* 412. 1. 4 — 416. 2. 1 — 430. 4. 6 — ib. 5 af. — 438. 7. 1 — 456. 11. 7 — 488. 9. 4 — 498. 25. 7 — 472. 15. 4 af. — 502. 26. 2 af. — 504. 26. 1 af. — 506. 27. 4. — 512. 28. 3 af. — 518. 30. 1 — 524. 30. 2 — 532. 32. 1 — 534. 33. 1 — 544. 37. 2 — 546. 41. 2 — ib. 3 af. — 552. 42. 4 — ib. 6 af. — 554. 43. 4 — 558. 47. 2 — 498. 25. 2 af.

*οὔκουν* 530. 31. 1.

*νοῦν* 492. 19. 6 af.

de articulis. *οὖν* 80. 1. 6 af. — ib. 1 af. — 96. 8. 2 — 98. 8. 1 — ib. 8 — 100. 9. 7 — ib. 9 — 104. 10. 3 af. — 106. 11. 3 — 110. 11. 4 — 116. 13. 4 — 118. 14. 7 — 126. 14. 7 — ib. 10 — ib. 10 af. — ib. 4 af. — 132. 5. 4 (*BMN*) — 142. 30. 2 af. — 146. 31. 2 af. — 154. 34. 5 — 158. 35. 5 af. — 168. 38. 10 — 174. 40. 2 af. — 180. 41. 1 — 184. 43. 7 —

198. 46. 5 — ib. 4 af. 202. 47. 3 — 208. 47. 3 af. — 224. 51. 3 af. — 226. 52. 6 af. — 228. 52. 6 — ib. 2 af. — 236. 53. 9 af. — 240. 55. 11 — ib. 11 af. — 242. 56. 1 af. — 244. 56. 3 af. — 248. 58. 3 af. — 252. 58. 2 af. — 254. 58. 4 af. — 258. 60. 8 — 260. 60. 2 — 262. 61. 7 — 256. 70 af. — 280. 67. 2 — 286. 69. 7 — ib. 3 af.

*μὲν οὖν* 92. 7. 1 — 94. 8. 1 — 104. 10. 2 — 108. 11. 7 — 112. 11. 5 — 118. 14. 5 af. — 120. 14. 3 — 120. 14. 4 af. — 122. 14. 1 — 124. 14. 6 — 128. 16. 5 — 130. 16. 4 — ib. 4 af. — 142. 30. 4 — 144. 30. 2 — ib. 6 af. — 166. 37. 9 — 174. 40. 6 af. — 184. 43. 1 — 178. 41. 2 af. — 196. 46. 1 — 212. 48. 6 — 220. 50. 2 — 224. 51. 4 — 230. 52. 9 — 232. 53. 5 af. — ib. 3 af. — 238. 54. 2 af. — 238. 55. 1 — 248. 58. 1 — 200. 47. 1 — 244. 57. 3 af. — 230. 52. 1 — 250. 58. 7 (*BMN*) — 252. 58. 8 — 254. 59. 7 af. — 256. 59. 8. — 258. 60. 5 af. — 260. 61. 1 — ib. 2 af. — 264. 62. 4 — ib. 7 — 278. 67. 2 af. — 280. 67. 2 af. — 282. 69. 3 af. — 292. 71. 1 — ib. 4 af. — 294. 71. 9 — 308. 77. 6 — 316. 79. 1 — 318. 80. 7.

*γοῦν* 122. 14. 7 af. — 102. 9. 3.

*οὔκουν* 202. 47. 1 — 210. 3.

*οὖν* cum pronomine relativo arcte coniunctum 280. 67 5 af. Voculae autem *γοῦν*, *οὔκουν*, *οὖν* (*γοῦν*) cum relativo pronomine arcte coniunctae cum suum quaeque proprium usum ac sensum habeant [1]) hac in quaestione plane omittendae videntur. Itaque ut voculae *οὖν* usum depingam, haec vox saepissime invenitur, ubi oratio ad superius aliquid recedit, quod multis de causis fieri posse manufestum est. Ut *οὖν* aliquoties invenitur ubi uberiore argumentatione facta ea quae antecedunt paucis comprehenduntur, ut uno veluti ictu legentibus in oculis versentur quae supra sint disputata.

Qualis usus exstat de fract. 480. 18. 3 af. *διὰ οὖν ταύτας τὰς προφάσιας, τοῦ μὲν ἔξωθεν ὀστέου κατεαγέντος ταχεῖαι αἱ ἐπιβάσιες, τοῦ δέ ἔσωθεν κατεαγέντος, βραδεῖαι αἱ ἐπιβάσιες.*

---

1) cf. Baeumlein l. l. pagg. 185 sq., 188 sq., 191 sq.

de articulis 236. 53. 9 af. *διὰ ταύτας οὖν τὰς εἰρημένας προφάσιας, τῶν ὀστέων τάτε μὴ ξυναυξανόμενα οὐ ξυναύξεται, τάτε ξυναυξανόμενα ξυναυξάνεται.* Quibus locis paucis summa proximae expositionis repetitur. Quod haud semel ita fit, ut argumento repetito vocula *μέν* addita per *δέ* (*μέντοι*) ad aliquid novi oratio transeat. Itaque *μὲν οὖν* — *δέ* (*μέντοι*) inveniuntur, ut paucis exemplis hunc usum illustrem:

de cap. vuln. 212. 10. 5 af. sqq. *ταῦτα μέν οὖν χρὴ ἀπόπροσθεν σκεψάμενον λέξαι, μὴ ἁπτόμενον τοῦ ἀνθρώπου, ἁπτόμενον δ' ἤδη πειρᾶσθαι κτέ.*

de fract. 456. 11. 6 sqq. *ταῦτα μὲν οὖν εἴρηται, οἷα τὰ ἰσχυρότατα φλάσματα γίνεται· τὰ μέντοι πλεῖστα κτέ.*

de articulis 144. 30. 6 af. *ἐμβολὴ μὲν οὖν αὕτη καὶ οὐκ ἂν γένοιτο ἀπ' ἄλλων σχημάτων. Ἰητρείῃ δὲ βραχείῃ ἀρκέει κτέ.* Quibus locis antequam aliquid novi inferatur, perspicuitatis causa ea quae antecedunt paucis comprehenduntur.

Praeterea *οὖν* saepissime adest, si superius aliquid excipitur, de quo accuratius ac uberius agatur, quam argumentationem item per voculas *μέν* — *δέ* (*μέντοι*) .... bipartito vel tripartito institui posse manufestum est. Itaque videas hos locos: de cap. vul. 234. 14. 1. *ὅταν οὖν τάμνῃς ἕλκος ἐν κεφαλῇ ὀστέων εἵνεκα τῆς σαρκὸς ἐψιλωμένων* etc. cum iam priore loco eadem de re verba facta sint. de fract. 518. 30. 4 sqq. *οὗτοι μὲν οὖν πάντα κακὰ ποιέουσιν κτέ.*, quibus excipiuntur denuo verba, quae exstant 518. 30. 1 sqq. *εἰσὶ μὲν οὖν τινὲς κτέ.* de art. 318. 80 7 sqq. et 5 af sqq. *ἢν μὲν οὖν ἐς τὸ ἄνω ἐκπέσῃ ἢ ἐς τὸ κάτω κτέ. .... ἢν δὲ ἐς τὰ πλάγια ἐκπέσῃ κτέ.* cum 318. 80. 4 sqq. exstet: *ἐκπίπτει δὲ κατὰ τέσσαρας τρόπους ἢ ἄνω, ἢ κάτω ἢ ἐς τὸ πλάγιον ἑκατέρωθεν κτέ.*

Itaque post parenthesin quoque *οὖν* obviam fit, si oratio ad id, quod ante parenthesin illatam tractatur, recedit. Exempli autem gratia locum tibi proponam, qui est de art. 244. 56 5 af. sqq. *ἢν δὲ μὴ ἐπισφακελίσῃ αὐτοῖσι τὰ ὀστέα, μηδὲ κυφοὶ ἀνωτέρω τῶν ἰσχίων γένωνται (ἐνίους γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα καταλαμβάνει) ἢν οὖν μὴ τοιοῦτον τι γένηται κτέ.* Nec vero his

rationibus tota huius particulae farrago continetur, cum permultis locis *οὖν* inveniatur, ubi auctor ad aliam rem transit, ut huic transitioni inservire videatur. Conferas velim de fractis 504. 26. 1 af. *τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα παραπλησίως χρὴ ἰητρεύειν .... τοὺς δὲ νάρθηκας οὐ χρὴ προςτιθέναι.* de articulis 126. 14. 10 af. *δῆλον οὖ κτέ.* Quae exempla attulisse sat esto.

Cum igitur usus voculae *οὖν* in libris de fractis et de articulis conscriptis latissime pateat, mirum in modum auctor libri, qui est de capitis vulneribus, hac vocula fere abstinuit, qua re fit, ut hic liber colore quodam, quem *οὖν* addit, careat.

Nec vero quasi in calce addere nequeo, de vi genuina voculae *οὖν* magnam dissensionem esse exortam, qua de re videas Baumleinium l. l. pp. 173 sqq. qui alienissimus a ceterorum sententiis in eam abit opinionem, ut dicat: ».... *betrachte ich als Grundbedeutung, aus der sich die verschiedenen Gebrauchsweisen am leichtesten erklären oder ableiten lassen, die der Uebereinstimmung*«. Sed hac de re iudicium cohibeo. Graviter autem offendor, quod Kühleweinius, cum comm. laud. infima pag. 26 Rostium sequi videatur, hunc in modum verba faciens »cum (*μὲν οὖν*) .... deinde in oratione continua affirmationem efficiant atque simul conclusionem indicent ....« pag. 85 in explicanda vocula *γοῦν* cum Baeumleinio stat.

## V. *TE — KAI*

inveniuntur hisce locis.

de cap. vul. 182. 1. 1 af. — 188. 1. 2 — 188. 2. 1 af. — 190. 2. 1 — ib. 4 — ib. 6 — ib. 9 — ib. 11 — ib. 5 af. — ib. 2 af. — 192. 2. 3 — ib. 8 — 194. 3. 1 — ib. 3 — 196. 4. 4. — ib. 3 af. — 200. 4. 1 — ib. 5 — 200. 5. 4 bis — ib. 3 af. bis — 204. 6. 2 — ib. 6 — ib. 7 — 208. 7. 5 — ib. 1 af. — 206. 7. 2 — 210. 9. 1 — 214. 10. 3 — ib. 4 af. — 214. 11. 1 — 216. 11. 2 af. — 218. 11. 9 — 220. 11. 2 — ib. 3 — ib. 5 (*MN*) — ib. 6 — ib. 3 af. — 224. 12. 1 — 228. 12. 10 — 232. 13. 6 — 238. 14. 4 — ib. 8 — ib. 5 af. — 242. 15. 6 af. — ib. 3 af. — 244. 15. 2 af. — 246. 16. 5 — ib. 4

af. — 2 af. bis — 250. 17. 3 — ib. 6 — 250. 18. 3. — ib. 4 — 256. 20. 3. — ib. 7. — 258. 21. 12. — ib. 6 af. — 260. 21. 3.

de fractis: 412. 1. 1 — 420. 2. 2 af. — 422. 3. 3. — 424. 3. 5 af. — 426. 3. 2 — 450. 10. 1 — 456. 11. 7 af. — 462. 13. 2 af. — 470. 15. 5 af. — 472. 15. 5 af. — 472. 15. 4 — 478. 16. 5 af. — 480. 18. 3 af. 484. 20. 1 af. — 498. 25. 4 — 500. 25. 1 — 506. 26. 5 — 506. 27. 3 af. — 510. 27. 5 af. — 512. 28. 4 af. — 514. 29. 2 af. — 522. 30. 8 af. — 524. 30. 2 — 526. 31. 5 af. — 528. 31. 2 af. — ib. 5 af. — 540. 36. 3 af. — 540. 37. 3 af. — 554. 43. 2 (*MN*) — 560. 48. 1 — ib. 5.

de articulis. 78. 1. 7 — 104. 11. 1 af. — 118. 14. 5 — 120. 14. 8 af. — 122. 14. 9 af. — 124. 14. 6 — 140. 30. 5 — ib. 4 af. — 146. 31. 4 — 164. 37. 3 — 166. 38. 3 — 172. 40. 6 — 190. 45. 8 — 194. 45. 4 — 196. 46. 9 af. — 204. 47. 7 — 210. 47. 5 — ib. 1 af. — 216. 48. 5 — ib. 6 — 224. 51. 6 — 226. 52. 2 — 228. 52. 5 af. — 246. 57. 5 — ib. 4 af. — 252. 58. 7 — ib. 3 — 256. 59. 3 af. — 264. 62 2 af. — 270. 63. 9 — 284. 69. 1 af. — 282. 69. 4 af. — 286. 69. 2 bis — 294. 71. 4 — 306. 75. 9 — 310. 77. 13 — 314. 78. 8 — 320. 80. 1.

Quo ex conspectu cum voculae *τέ* — *καί* in libro, qui est de cap. vulneribus, bis et sexagies, qui est de fractis, tricies, qui est de articulis, semel et quadragies occurrant, diversas horum scriptorum magnitudines reputanti luce clarius apparebit, auctorem libri de cap. vulneribus conscripti multo cupidius hoc dicendi genus arripuisse. Hunc enim librum si spectas, liber, qui est de fractis, duplici fere, qui est de articulis, triplici fere magnitudine utitur. Hi autem libri hoc in usu optime inter se congruere videntur. Itaque cum in illo libro nihil fere saepius in oculis versetur quam hic usus, mirandum non est, quod haud semel ibi voculae *τέ* — *καί* in una eademque periodo plus quam semel inveniuntur, quare fit, ut sermo longe a simplicitate recedat. Cuius rei ut exemplum afferam, videas hunc locum, qui exstat de cap. vuln. 188. 2. 1 af sqq. *καὶ δὴ ὅτι οὕτω ταῦτα ἔχει τῶν τε τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων κατὰ μεγέθος καὶ ἐλασσόνων καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ*

ἧσσον, — quod exemplum Kühleweinius quoque praebet. — Nec vero librorum magnitudines atque harum vocularum numeros reputanti quicquam offensionis habet, quod in duobus aliis libris talis usus minus patet. Praeterea non habeo, quod his de vocibus moneam, cum reliquus usus idem fere sit. Nam rarissime *τέ — καί* tota enuntiata, saepissime singulas voces vel notiones copulant; quod quidem exemplis illustrare non placet.

Haec fere sunt quae de particulis copulativis commemorandae videantur, cum ceterae voculae eiusmodi ansam, ut ita dicam, non dent iudicii nostra de quaestione ferendi. Monere mihi autem liceat voces *τὲ οὖν*, quas Kühleweinius nusquam invenit (cf. p. 67. comm. 1.) exstare de artic. 104. 10. 3 af. — 158. 60. 8 — 310. 77. 6 af.

Itaque cum auctor libri, qui est de capitis vulneribus multo cupidius voculas *τέ — καί* in usum vocaverit, multo arctioribus terminis vocem *οὖν* circumscripserit, abstinuerit particulis *μέντοι*, *μήν*, *ἀτάρ*, quibus aliquid superioribus opponeret, quamquam occasionem minime defuisse credendum est, hic liber apertissime aliam speciem prae se fert. Sed antequam hac ex re iudicium feramus, modorum usum perscrutemur.

## II.

## De modorum usu.

Ante aliquot annos Kautium complura scripta Hippocratica eo consilio tractasse, ut e modorum usu eliceret quaenam ratio inter ea intercederet, iam prima pagina exposuimus. Qui cum in disquisitionem vocarit scripta quae sunt: *Ἐπιδημιῶν τὸ πρῶτον* epidemiorum liber I, *Ἐπιδημιῶν τὸ τρίτον* epidemiorum liber III, *περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων* de aere aquis locis, *περὶ διαίτης ὀξέων* de ratione victus in acutis, *περὶ τῶν ἐν*

*κεφαλῇ τρωμάτων* de capitis vulneribus, in hoc libro exempla quaedam, quae non erant pratermittenda eum fugisse intelleximus. Sicut cum de enuntiatis condicionalibus ageret in enumerandis exemplis, quibus in apodosi indicativus praesentis aut imperfecti, in protasi *εἰ* cum optativo aut praesentis aut aoristi invenitur omisit 194. 3. 5 af. — 230. 13. 3 af. sq. Ut infinitivi pro imperativo usurpati exempla hoc ex libro non exhibuit, sed conferas: 232. 13 1 af. *ἐπανατάμειν*. 234. 13. 4. *ποιέειν* — ib. 8 *μὴ τάμνειν* — 256. 21. 2 — 258. 21. 2 af sqq. ter — 238. 14. 1 af sqq. exhibent codices *BMN: δεὶ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον τὸ* (*τὸ* om *B*) *τηκτὸν τὸ μελάντατον δεύσαντα τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ στεῖλαι τὸ ἕλκος, ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξας* (*τέγξαι B*) *εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπολύσας, ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος ἐπιξῦσαι* (*ἐπιξύσαι B*) Ceterorum codicum cum hoc loco nostrum sit diiudicare utrum infinitivi pro imperativis usurpati recte legantur, an *δεῖ* servato accusativi cum infinitivis desiderentur, eas tantum varias lectiones proponam, quae aliquid ad rem faciunt. Itaque tradunt: *δεῖ* omnes — *δεῦσαντι E δεύσαντι C δεύσαντα U* — *στεῖλαι* omnes — *ὑποτείνειν E ὑποτείνας CU* — *τέγξαι C τεγξας U τέγξαντα E* — *καταπλάσαντα E καταπλάσας CU* — *ἀπολύσαντα E ἀπολύσας CU* — *ἐκκαθήραντα E ἐκκαθήρας CU* — *ἐπιξῦσαι E ἐπιξύσαι* cet. Qui locus haud dubie corruptus multis coniecturis viam munivit. Itaque Littréus servato *δεῖ* omnia participia accusativo descripsit. Ermerinsius tom. I. p. 387 annot. hoc de loco sic verba fecit: »Pergo ad cetera, in quibus ante omnia attendendum ad plura illa participia, quorum postrema in omnibus libris unico excepto nominativo efferuntur, prima accusativo, ita ut a *δεῖ* pendeant. Iam vero aut omnia, servato *δεῖ*, accusativo sunt ponenda, aut *δεῖ δή* delendum et participia nominativo describenda, ut infinitivi pro imperativis poni censeantur; quod vero simillimum censeo, quia postrema in unico tantum libro accusativo ponuntur. Itaque *δεῖ δή*, utpote recentius additamentum visum, delevi«. Petrequinius nec *δεῖ δή* delevit et nominativos participiorum scripsit. Hoc vero minime

placet. Ego quidem censeo verba inde ab *εἶτα* cum rectissime per se sola intellegi possint neque ea arcte cum superioribus coniungi necesse sit, secundum memoriam codicum *BMNCU* esse legenda: *εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι· τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπολύσας, ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος ἐπιξῦσαι*, ut hoc quoque loco infinitivi pro imperativis usurpati adsint. Cum autem facilius videatur duo vel tria tantum verba commutare, quam delere *δεῖ δή* nec tamen verbis commutandis abstinere, priora verba servato *δεῖ δή* sananda videntur.

Itaque Kautius huic idiomati plus ponderis tribuit, cum p. 37 inter argumenta scriberet: »IV infinitivus imperativi loco positus saepius invenitur in libro de victu acutorum quam in reliquis scriptis«. Hac enim ex dicendi ratione, nisi mirifice scripta discrepant, fere nihil concludi potest. Atque omnino non tam quoties forma infinitivi pro imperativo positi occurrat respiciendum videtur, quam quot locis hoc modo aliquod praeceptum detur. Tum p. 37 exstat »I optativus praecipue in sententiis relativis hypotheticis ab Hippocrate saepissime usurpatur, nusquam vero in libris de victu acutorum et de capitis vulneribus«. Quibus librum, qui est de aere aquis locis addere debebat: nam pag. 13 ipse dicit illud dicendi genus nisi in epidemiorum libris non reperiri. Quo autem modo eadem pagina dicat: »II optativus quo cum cautela aliquid dici Hippocrates significavit, ubique occurrit« prorsus non intelligo. Ipse enim de hoc optativo pag. 15 hunc in modum verba facit: »monendum etiam id est, in epidemiorum libris huius optativi nulla exempla exstare«. Praeterea Kautius egregie erravit cum pag. 37 sub V scriberet: »infinitivi usitatissimi apud Hippocratem, qui nominativi vel alius casus locum tenere videtur, pendens ex *ἀνάγκη ἐστίν, εἰκός ἐστιν, οἷόντε* in libro de victu acutorum nulla, praeter unum, exempla inveniuntur«; pag. enim 26 ipse tria huius exempla affert. Atque omnino ex iis quae pp. 22—26 de vocibus *ἀνάγκη, εἰκός, κίνδυνος, οἷός τε* disputata sint, nihil fere concludi posse primo obtutu tibi apparebit. Itaque Kautius ex moderum usu investigato exiguum tantum fructum collegit,

cui ne plus ponderis tribuatur, valde cavendum est, cum scripta, quae tractavit, toto caelo diversa sint.

Quibus praemonitis ut ad propositum nostrum redeamus, multas ac magnas similitudines in libris, qui sunt de capitis vulneribus, de fractis, de articulis, occursuras esse ob rerum tractatarum et tractandi rationis similitudinem statim suspicari possumus. Nec tamen dissimilitudines frustra quaeres, quae solae nobis respiciendae sunt, quamquam minime omnes valent nostram ad rem. Itaque ut iam in medias res eamus, cum his in libris ea ratio sit instituta, ut singula genera, quibus quis laedi aut laesus esse possit, describantur, quidque in singulis fiat vel faciendum sit significetur, nihil fere saepius occurrit quam enuntiata condicionalia, temporalia inducta voculis *ὅτε*, *ὁπότε*, *ἐπεί*, *ἐπειδή*, quaecum vocula *ἄν* coalescunt in *ὅταν*, *ὁπόταν*, *ἐπήν* *ἐπειδάν*, relativa hypothetica, quae vocantur, quae saepissime ita sunt comparata, ut vocula *ἄν* et coniunctivo utantur. Quod quomodo fiat facile intelliges si respexeris quae sit vis voculae *ἄν*, quae coniunctivi modi. Qua de re cum omnium distinctissime atque probabilissime egerit Leopoldus Schmidtius in commentatione de omissa apud optativum et coniunctivum *ἄν* particula, quae praemissa est indici lectionum in academia Marburgensi per semestre hibernum 1868/69 habendarum, facere non possum, quin eius verba exscribam. Itaque invenitur pag. 7: »indicat enim fere coniunctivus animum loquentis in aliqua re, quae mente cogitatur, ad effectum adducenda versari: id quod aut ita fieri potest, ut illa solo intellectu comprehendatur aut ita ut simul aliqua voluntatis significatio addatur, unde duplex coniunctivi genus nascitur«. Et media pagina octava. »Equidem non possum quin Baeumleinio assentiar atque per *ἄν* aliquid pro vero poni existimem: mode ea res quam vim habeat recte accipiatur. Scilicet qui dedita opera aliquid ita pronuntiat, ut id tamquam pro vero positum intelligi debere denotet, hoc haud dubie audientis causa facit eique auctor est ut rem sibi ut veram quasi prae oculis ponat suaque cogitatione expleat«.

Et in pagina nona: »Quapropter si particulae ἄν multiplex vis germanica aliqua dicendi formula exprimenda est, vix alia aptior inveniri potest, quam sive *wie du dir einmal denken musst* sive *wie man sich einmal denken muss*«. Ibidemque paulo infra »in sententiis autem relativis, condicionalibus, temporalibus cum coniunctivus eo consilio poni soleat, ut in effectu sive ut cum hodiernis philosophis loquar, in realitate rei cogitationem versari declaretur, in proelivi est hanc ipsam coniunctivi vim addito ἄν non tam immutari quam distinctius pronuntiari et quodammodo augeri«. Quae si animo tenebis, illa dicendi ratio in his sententiis aptissima tibi videbitur. Nec tamen alius generis exempla desiderantur. Itaque in omnibus illis libris sat multis locis εἰ cum optativo copulatur, qui ea exprimit, quae in mera cogitatione sunt posita. Quod aut ita fit, ut in apodosi ἄν cum optativo inveniatur, aut ita, ut in apodosi indicativus occurrat. Nec vero credendum videtur id certa de causa esse factum, sed placuit aliquoties hac dicendi ratione uti. Quod luculentissime apparet ex exemplis huiusmodi: de cap. vul. 230. 13. 1 sq. *οὐδ᾽ ἐπιδεῖν χρὴ ἕλκος ἐν κεφαλῇ, ἢν μὴ ἐν τῷ μετώπῳ ᾖ τὸ ἕλκος* et ibidem 2 af. sq. (*χρή*) *οὔτ᾽ ἐπιδεῖν, εἰ μὴ καὶ τομῆς δέοιτο. Τάμνειν δὲ χρὴ κτέ.* Nec desunt loci quibus εἰ cum indicativo copulatur. Ut in uno quoque libro semel εἰ cum indicativo futuri occurrit: de cap. vuln. 250. 17. 3. *οὕτω δ᾽ ἂν τάχιστα ἥτε σάρξ ὑποφύοιτο . . . . . εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα διάπυον ποιήσας καθαρὸν ποιήσεται — ποιήσεται* autem legam quamquam omnes codices praeter *C*, qui habet *πυήσηται, ποιήσηται* tradunt. — de fract. 524. 30. 5. *εἰ δέ τι τούτων μὴ καλῶς ἕξει, βλάπτοι ἂν μᾶλλον.* de art. 310. 77. 6 af. *εἴτε οὖν τις μικρὸν ἐνθήσει τὸν ἀσκὸν, μικρὴ ἡ ἰσχὺς ἐοῦσα ἀδύνατος ἔσται* (*AB*) *ἀναγκάζειν τὸ ἄρθρον.* Considerantibus autem nobis in sententiis condicionalibus ἄν cum coniunctivo et tum usurpari, cum per apodosin e condicione pendentem aliquid quod non semel sed saepius eveniat exprimatur et tum, cum res in ea proposita ad

futurum tempus spectet [1]), ad hunc usum εἰ cum indicativo futuri copulatum proxime accedere videtur. Praeterea in libro, qui est de articulis, εἰ aliquoties cum indicativo praesentis copulatum in oculis versatur. 310. 77. 5 af. *εἰ δὲ δεῖ ἀσκῷ χρέεσθαι ἐπὶ πολὺ οἱ μηροὶ ξυνδετέοι πρὸς ἀλλήλους* — 134. 21. 2 af. — 250. 58. 6 af. Quibus subiiciam 154. 34. 2 af. *ῥᾷον γὰρ οὕτως εἰς τὴν φύσιν ἥξει . . . ἢ εἰ . . . πειρᾶται.* Perpauca etiam exempla in libris, qui sunt de fractis et de articulis, inveniuntur, ubi εἰ cum indicativo praeteriti copulatur, quod aut ita fit, ut in apodosi ἄν cum indicativo praeteriti adsit ut de fractis 518. 30. 8 af. *εἰ δὲ μὴ προςεδέδετο, ἧσσον ἂν διεστρέφετο.* de articulis 236. 51. 1 sq. *εἰ μέντοι χρέεσθαι τῷ σκέλει ἠδύναντο, ἔτι ἂν μᾶλλον τὰ ὀστέα ξυνηυξάνετο*, aut ita ut comparativus antecedat ut de fract. 502. 26. 5. *τὰ δὲ ὀθόνια καὶ τὰ ἄλλα πλατύτερα τινι ἐσχισμένα ἔστων, ἢ εἴ τις μὴ ἕλκος εἶχεν.* de artic. 232. 52. 3. *τὸ δὲ ὑγιὲς ἰσχύει . . . οὐδὲν ἧσσον, ἢ εἰ καὶ ἀμφότερα ὑγιεα ἦν.* Sed admodum exigua haec farrago est.

Inter sententias vero temporales perpaucae tantum sunt, quae indicativo aut optativo utuntur, nec nisi in libro de articulis conscripto inveniuntur. Sunt autem loci hi: 102. 10. 2. *ἐπειδὴ δίκαιον ἔχουσι τὸ σῶμα . . . δεῖ . . .* — 158. 35. 1 af. — 126. 14. 10 *ὁπότε οὖν ταῦτα τοιαῦτα ἐστὶν ἀξυνετέουσι κτέ.* — 106. 11. 5. *νῦν δὲ δή, ὅτε ἐς τὸ κάτω ἐκπίπτει, ἐκβάλλουσιν αὗται αἱ καύσιες μᾶλλον ἢ κωλύουσιν.* — 238. 54. 4 — 256. 60. 5 af. legitur: *διὰ (οὖν) τοῦ βουβῶνος τὴν ἀκαμπίην εὐθυτέρῳ ὅλῳ τῷ σκέλει ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ χρέονται, ἢ ὅτε ὑγίαινον*, ubi coniunctivus cum ἂν coniunctus locum non habet. Duobus autem locis ὅτε cum optativo copulatum repperi, 210. 47. 3 af. *ὅτε μὲν γὰρ εὖ κατατείνοιμι τὸν ἄνθρωπον, ἠσσᾶτο ὁ ἀσκός* et 212. 47. 1 *ὅτε δ' αὖ μὴ κάρτα κατατείνοιμι τὸν ἄνθρωπον, ὁ μὲν ἀσκὸς . . . ἐκυρτοῦτο.* Sed haec exempla prorsus aliter atque cetera sunt comparata. Cum igitur sententiae temporales

---

1) cf. Schmidt l. l. p. 15.

modorum usu haud ita multum discrepent, aliter res se habet, si ad coniunctiones spectas. Itaque occurrit:

ἐπήν.

de cap. vul. 248. 17. 3.

de fractis. 418. 2. 2 — 418. 4. 1 af. — 430. 4. 6 — 436. 5. 6 — 436. 6. 1 — ib. 4 af. — 440. 7. 4 — ib. 9 — 438. 6. 3 — 444. 8. 3 — 446. 8. 4 af. — (ib. 3) — 448. 8. 3 — ib. 5 (ἐπάν) — ib. 5 — ib. 7 — 456. 11. 10 — 458. 11. 3 — 466. 14. 1 — ib. 5 — 470. 15. 1 — ib. 4 af. — 472. 15. 2 — ib. 9 — 474. 16. 1 — ib. 8 — 478. 16. 9 — 482. 19. 5 af. — 484. 20. 3 — 402. 22. 2 — 496. 24. 4 — 530. 31. 3 af. — 548. 41. 4 — 554. 42. 3 — ib. 4 — 556. 45. 4.

de articulis. 108. 11. 2 — 242. 55. 11.

ὅταν.

de capt. vul. 208. 8. 2 — 234. 14. 1 — 254. 19. 3 — 254. 20. 1 — 256. 21. 1.

de fractis. 440. 7. 9 — 472. 15. 8 — 474. 15. 1 — 556. 45. 7 exh. *BMN* ἤν, cet ὅταν.

de articulis. 80. 1. 8 — ib. 9 — ib. 6 af. — 84. 3. 12 — 94. 8. 4 af. — 98. 8. 5 — 100. 9. 1 — ib. 5 af. — 106. 11. 4 af. — 112. 11. 10 — ib. 4 af. — 114. 12. 6 af. — 120. 14. 3. — 122. 14. 3 — 126. 14. 1 — ib. 7 — 128. 16. 3 — 130. 16. 4 — 144. 30. 3 — 148. 33. 3 — 168. 38. 2 — 174. 40. 2 af. — 186. 43. 3 — 198. 46. 4 af. — 208. 47. 4 — 238. 52. 2 — 240. 55. 10 — ib. 12 — 246. 57. 6 af. — ib. 4 af. — 248. 58. 2 — 258. 60. 6 — ib. 8 — ib. 9 — ib. 5 — 260. 61. 7 — 266. 62. 7 — ib. 8 — 268. 62. 7 — 284. 69. 6 — 286. 69. 2 af. — 290. 70. 7 — 298. 72. 6 — 318. 80. 8 af. — ib. 4 af.

ὁκόταν.

de capt. vul. 190. 2. 7 — 210. 8. 3 — 216. 11. 1 — ib. 3 — 218. 11. 9 — 222. 12. 1 — 252. 19. 3.

de fract. 450. 9. 3 af. — 500. 26. 6 (ὁπόταν).

de articulis. 86. 4. 6 — 146. 32. 3 af. — 156. 34. 2 — 220. 50. 2 af. — 254. 58. 2 af. — 256. 60. 2 — 316. 79. 2 af. — 318. 89. 9 af. — 320. 80. 3 — 324. 86. 3.

ἐπειδάν

in ceteris desideratur, in libro, qui est de capitis vulneribus, invenitur sexies. 230. 13. 4 af. — 236. 14. 16. — 238. 14. 4 — 244. 15. 3. — 252. 19. 3 af. — 258. 21. 1.

Hoc ex conspectu elucet, quantum singuli libri usu coniunctionum discrepent. Itaque cum libri quoque, qui sunt de fractis atque de articulis conscripti, valde dissentiant, quos uni eidemqne auctori deberi in proclivi est, iterum monemur, ne quidquam audacius statuamus.

Hoc autem loco cetera quoque enuntiata temporalia paucis absolvere mihi liceat. Itaque cum πρίν (πρὶν ἤ), cuius usus in libris, qui sunt de fractis ac de articulis, idem fere est, in libro de capitis vulneribns conscripto uno tantum loco occurrat 248. 17. 2 af. οὐ χρὴ κινδυνεύειν τὰ ὀστέα πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ, statim ad alia transeo. Aliquot enim coniunctiones temporales in libro, qui est de capitis vulneribus, non inveniuntur. Legitur enim

ἔστ' ἄν cum coni.

de fractis 440. 7. 1. ἐᾶν χρὴ ἐπιδεδέσθαι .. ἔστ' ἂν .. γίνηται — 514. 28. 1 — 526. 31. 6 af. — de articulis 178. 41. 1 af. sqq. καὶ γὰρ τοῖς ὀρθοῖσι φύσει δύσπνοιαν παρέχει τοῦτο τὸ ὀστέον, ἢν ἔσω ῥέψῃ, ἔστ' ἂν αναπιεχθῇ — 146. 32. 1 af. — 166. 37. 5 — 166. 38. 1 af. — 168. 38. 4 — 180. 41. 1 — 220. 50. 2 af. — 286. 69. 5 af.

ἕως ἄν cum coni.

de art. 222. 50. 8 af. χρὴ ... ἕως ἂν ξηρανθῇ. — 268. 62. 5.

ἡνίκα ἂν cum coni.

de articulis 94. 8. 1 af. ἐκπίπτουσι ... ἡνίκα ἂν .. ἔωσιν.

ἄχρις ἂν cum coni.

de articulis 108. 11. 4. διακαῦσαι (χρὴ) ἄχρις ἂν τῷ ὑπαλείπτρῳ ἐγκύρσῃ. Itaque in usurpandis enuntiatis temporalibus haud ita magnas dissimilitudines repperimus: nam omnes praeter diversum coniunctionum usum, cui ne plus ponderis tribuatur, monent libri, qui sunt de fractis et de articulis, diversas magnitudines reputantibus nihil fere offensionis dant. Atque

ut iam ad enuntiata relativa hypothetica recedam, non solus usus supra laudatus patet, cum saepius etiam indicativus talibus in enuntiatis inveniatur. Optativum vero tribus tantum locis observavi. de fract. 490. 22. 7. *ὅστις κατὰ τὸ γόνυ κάμπτοι.* 536. 35. 2 af. *οἷσιν ἐμβληθείη.* de articulis 166. 37. 8. *ὁτέῳ ἡ ῥὶς .. ἰσόρροπος εἴη*, ut hoc dicendi genus usitatissimum in epidemiorum libris I et III ab his fere alienum sit.

Itaque si summam argumentationis nostrae faciemus, ad eam adducemur sententiam, ut credamus ad quaestionem nostram iam nihil nos profecisse, quamquam negari non possit aliquot discrimina inveniri.

Nec plus ex usurpandis sententiis finalibus ac consecutivis elici potest, quamquam in libris, qui sunt de fractis atque de articulis — hi autem fere consentiunt inter se — aliquot idiomata occurrunt, quae in libro de capitis vulneribus conscripto frustra quaeres. Hoc enim in libro obviam fiunt sententiae finales ita ut pendeant e verbo voluntatis significationem continenti: 258. 21. 3 af. *φυλάσσεσθαι χρὴ ὡς μὴ λάθῃς προςβαλὼν τὸν πρίονα.* 242. 15. 1. *φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ ὅπως μή τι κακὸν ἀπολαύσῃ τὸ ὀστέον*, ita ut tale verbum non antecedat: 238. 14. 2. *ἐπιξύειν χρὴ τὴν ἕδρην μὴ πολλάκις προςγένηται ῥῆξις.* 244. 15. 3 af. *καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρὴν ὡς μὴ ...... μυδῇ τε καὶ ἐξαίρηται*: sententiae consecutivae 196. 4. 3 af. *ἰδέαι δὲ γίγνονται καὶ γὰρ λεπτότεραί τε καὶ λεπταὶ πάνυ, ὥστε οὐ καταφανέες γίγνονται*, ubi indicativus indicat verba per *ὥστε* illata minus cum superioribus cohaerere atque per se sola valere. Atqui una quaeque dicendi ratio in duobus aliis quoque libris occurrit. Itaque recte sentire mihi videor dissimilitudines illas non esse respiciendas ratus.

Sed maioris momenti videtur, quod infinitivus cum articulo copulatus, qui substantivi munere fungitur, in libro, qui est de capitis vulneribus, nusquam invenitur, cum obviam sit:

de fractis: ita ut nominativi provinciam administret 472. 15. 7. *διὰ τοῦτο εὔφορον αὐτῷ ἐστὶ τὸ ἐκτετάσθαι.* — 498. 25. 2 — 558. 47. 6 af.

ita ut genitivi partes suscipiat 500. 25. 2 af. *μαρτύριον δὲ τοῦ ὀρθῶς γεγράφθαι τὰ πρόσθεν γεγραμένα.* — 518. 30. 5 sqq. utrumque fit, cum legatur: *οὔτε γὰρ τοῦ κατατείνεσθαι ἄκος ἐστὶν τὸ προςδεδέσθαι τὸν πόδα.*

ita ut ex praepositione pendeat, et quidem ex

*ἐν* 472. 15. 4. *ἐν τῷ ἑστάναι.*

*πρός* 472. 15. 6. *πρὸς τὸ ὀχέειν.*

*περί* 472. 15. 7 af. *περὶ τοῦ ξυγκαφθῆναι καὶ ἀναστῆναι.*

*ἐπὶ* 504. 26. 7. *ἐπὶ τὸ μᾶλλον δοκέειν* ib. 8. *ἐπὶ τὸ μᾶλλον δοκέειν.*

*διά* 532. 33. 3 af. *διὰ τὸ ἐπ' ἄκρου ἔχεσθαι.* ib. 2 af. *διὰ τὸ μὴ ἀρίστασθαι.*

*ἀμφί* 436. 5. 4. *ἀμφὶ τῷ πονέειν* — ib. —

de articulis: ita ut adsit pro nominativo substantivi 80. 1. 4 af. *εὐπαίδευτον δέ ἐστι τὸ εἰδέναι πάντας τοὺς τρόπους* — 172. 40. 4 af. —

ita ut adsit pro genitivo substantivi 260. 60. 1. *αἴτιον δὲ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸ ὀλίγῳ πρόσθεν εἰρημένα.*

ita ut a praepositione pendeat et quidem a

*ἐς* 94. 8. 2. *ἐς τὸ ῥηϊδίως ἐμπίπτειν.* 198. 46. 7 — 260. 61. 2 af. — 284. 69. 1 af. — 292. 71. 2 — 318. 80. 6.

*ἐκ* 322. 82. 4 sq. *ἐκ τοῦ ξυγκεκάμφθαι ἢ ἐκλακτίσαι, ἀτὰρ καὶ ἐκ κατατάσιος μετρίης* — 320. 82. 1 af.

*εἵνεκα* 126. 14. 3 af. *τοῦ ταχέως ξυναλθεσθῆναι εἵνεκα* — 188. 44. 5 — ib. 9.

*περί* 142. 30. 7. *περὶ δὲ τοῦ μὴ κάρτα ἐξαρθρέειν.*

*διά* 254. 58. 1 sq. *διὰ τὸ μηδὲν προςχρέεσθαι αὐτῷ* — 318. 80. 8.

*ἀπό* 142. 30. 8 af. *ἀπὸ τοῦ μέγα χανόντα παραγαγεῖν τὴν γένυν* — 252. 58. 8 af.

*πρός* 142. 30. 6 af. *πρὸς τό ἐκπίπτειν.*

*ἐπί* 286. 69. 1 sq. *ἐπὶ τὸ ... ἀποθανεῖν.*

Sed iam ad aliud discrimen pervenio. Cum enim ob totum horum librorum genus saepissime quid faciendum sit significetur, ubique pari modo verba *δεῖ*, quod in libro de articulis conscripto cupidius in usum vocatur, *χρή* aliaque eius generis inveniuntur; quod idem cadit in infinitivum, qui imperativi locum obtinet. Monere mihi autem liceat saepius non plane discerni posse utrum hic infinitivus adsit, an *χρή* aliudve verbum eiusmodi subaudiatur necesse sit. Sed ipsum imperativum neque Kautius neque ipsi usquam in libro, qui est de capitis vulneribus, repperimus, cum saepius adhibitum sit hoc dicendi genus ab auctore duorum aliorum librorum, quod haec exempla decebunt:

de fractis: 430. 4. 8. *καὶ τελευτησάτω κεῖθι* — ib. 5 af. *τὰ ὀθόνια . . . ἐπιδεδέσθω.* 432. 5. 7 af. — 436. 5. 2 — ib. 3 — ib. 5 — ib. 6 — ib. 2 af. — 432. 5. 3 af. bis — 438. 6. 1 — 444. 8. 1 af. — 446. 8. 1 — ib. 4 — ib. 6 bis — ib. 7 bis — ib. 9 — ib. 11 — 450. 9. 3 — 452. 10. 7 — 464. 13. 8 — 468. 14. 4 — 476. 16. 4 af. — 482. 19. 2 af. — 502. 26. 5 — ib. 6 — ib. 4 af. — ib. 3 af. — 504. 26. 2 — ib. 4 — ib. 5 — ib. 6 — 510. 27. 4 bis — 514. 29. 1 af. — 516. 29. 1 — ib. 5 — 522. 30. 9 — 528. 31. 6 af. — 560. 48. 3 — ib. 8 — ib. 5 af. — ib. 2 af. — ib. 1 af. — 562. 48. 4 — 474. 16. 1 sqq. codices *BMN* sic tradunt — varias autem lectiones, quae nihil ad rem faciunt, omittam — *ἐπὴν δὲ καθορθώσῃς, ἐπιδεῖν . . . . βάλλεσθαι δὲ* (*M*) (*βαλλέσθω* (*BN*) *τὴρ ἀρχὴν* . . *καὶ περιβάλλεσθαι* (*περιβαλλέσθω N*) *κατὰ τοῦτο τὰς πρώτας περιβολάς· κἄπειτα νέμεσθαι ἐπὶ τὴν ἄνω κνήμην ἐπιδέων κτέ.* Itaque si respexeris codices *BMN* unum fontem redolere, credere non dubitabis varias lectiones ortas vel profectas esse ab hac lectione: *ἐπὴν κατορθώσῃς, ἐπιδεῖν . . . βάλλεσθαι . . . περιβάλλεσθαι . . . νέμεσθαι . . . ἐπιδέων.* Ut autem reliquam memoriam excutiam codex *A* ceterique libri deterioris notae exhibent: *ἐπὴν δὲ κατορθώσῃ, ἐπιδεῖν . . . βαλλέσθω* (*βαλέσθω IK*) *δὲ . . . καὶ περιβαλλέσθω* (*περιβαλέσθω IK*) *κἄπειτα νεμέσθω ἐπὶ τὴν ἄνω κτέ.*

Utraque lectio memoria optima firmatur, utraque rectum sensum praebet. Utra igitur praeferenda videtur? Qua in quaestione cardo vertitur, ut ita dicam, in voce κατορθώσῃς aut κατορθώσῃ. Nam accepto κατορθώσῃς infinitivi illi desiderantur, accepto κατορθώσῃ imperativi locum iure obtinent. Atqui paulo infra pergitur: ἐπὴν δὲ ἐπιδήσῃς κτέ. Itaque hoc quoque loco multo venustius atque elegantius ἐπὴν δὲ κατορθώσῃς legi puto, praesertim cum superioribus verbis de certo viro sermo non sit. Itaque lectionibus Ermerinsii atque Littréi reiectis auctoritati codicum *BMN* fisus cum Petrequinio legendum proponam: ἐπὴν δὲ κατορθώσῃς, ἐπιδεῖν . . βάλλεσθαι δὲ .... καὶ περιβάλλεσθαι: κἄπειτα νέμεσθαι ... ἐπιδέων. Servato autem κατορθώσῃ illi infinitivi iure adesse nequeunt, cum ex nominativo ἐπιδέων intelligatur, eos locum tenere secundae personae imperativi. Cur autem Petrequinius illam lectionem exhibeat, elucet ex annotatione ad hunc locum facta: »je lis plus bas ἐπιδήσῃς« »je prends l'infinitif, que d'ailleurs je vois plus loin répété deux fois καταθεῖναι, ὑποθεῖναι etc.« Sed ὑποθεῖναι illud pendet a voce ξυμφέρει; est enim locis hic: 474. 16. 6 af. sqq. μάλιστα δὲ ξυμφέρει προςκεφάλειον ἢ λίνεον ἢ ἐρίνεον, μὴ σκληρὸν, λαπαρὸν μέσον κατὰ μῆκος ποιήσαντα, ὑποθεῖναι.

In libro, qui est de articulis, invenitur imperativus hisce locis: 84. 3. 2 af. ἡ δὲ σφαίρη ὡς ἐσωτάτω καὶ ὡς μάλιστα πρὸς τῶν πλευρέων κείσθω — 86. 4. 4 — ib. 5 — ib. 6 — ib. 4 af. — 88. 5. 4 — ib. 5 — ib. 2 — 88. 7. 2 af. — ib. 1 af. — 90. 7. 5 — ib. 4 af. — 150. 33. 7 — ib. 4 af. — ib. 3 af. — ib. 2 af. — 152. 33. 7 — 170. 38. 2 — 184. 43. 5 — 188. 44. 5 af. — 204. 47. 10 — ib. 8 af. — 208. 47. 2 — 270. 63. 2 af. — 290. 70. 3 — ib. 5 — ib. 6 — 296. 72. 1 — ib. 3 bis — 304. 74. 5 — ib. 7 — ib. 8 — 306. 75. 8 — 312. 78. 3 af. — 314. 78. 2 — ib. 3 — 316. 78. 2 — ib. 3 af.

Nec aliter usus adiectivi verbalis in τέος exeuntis in libro, qui est de capitis vulneribus, frustra quaeritur, cum in duobus aliis haec dicendi ratio satis late pateat. Itaque invenitur adiectivum verbale:

de fractis: 414. 1. 4 af. ῥητέον. 490. 22. 3 af. ποιητέον — 492. 22. 4. ποιητέος ὁ σωλὴν, ἢ οὐ ποιητέος 500. 25. 1 af. 530. 31. 1.

de articulis. 112. 11. 1. θερμαντέα — 126. 14. 12. προσακτέον — 138. 27. 3 — 154. 34. 4 — 188. 44. 4 af. — 250. 58. 5 af. — 252. 58. 10 af. — 280. 67. 4 — 306. 76. 2 — 308. 77. 7 — 310. 77. 4 af. — ib. 3 af.

Restat ut pauca de participio proferam, cuius usus unum tantum habet, quod commemoratu dignum sit. Diverso enim modo coniunctio ἅτε, quae in significationem latinae coniunctionis quoniam fere abit, his in libris cum participio coniuncta invenitur. Sunt enim loci hi:

de cap. vuln. 226. 12. 2. ἕτοιμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον καὶ διαχαλᾶν διὰ .... καὶ διὰ τὴν ἀραιότητα καὶ δὴ ἅτε τῆς ῥαφῆς ἑτοίμης ἐούσης ῥήγνυσθαι καὶ διαχαλᾶν.

de fractis: 440. 7. 3 af. ἅτε (δὴ) ἤδη καὶ ἐλινύοντες. 472. 15. 2. omnes codices, quorum lectiones inspexi, καὶ δὴ ἅτε δυνάμενοι οἱ ἄνθρωποι κτέ. praebent. Itaque mirum in modum Ermerinsius tom. III p. 23 annotatione facta pro lectione vulgari exhibet: καὶ ὅτι δυνάμενοι οἱ ἄνθρωποι atque paulo infra sic dicit: in καὶ ὅτε δυνάμενοι οἱ ἄνθρωποι inest dittographia: nempe ὅτε δύνανται οἱ ἄνθρωποι et δυνάμενοι οἱ ἄνθρωποι sine ὅτε, quarum illam lectionem praefero«. Atque haud scio an ὅτι illud vitio typothetico debeatur. Recte autem Batavus ille statuisset, si revera memoria traderet: καὶ ὅτε οἱ κτέ. Cum igitur codices una quasi voce καὶ ἅτε etc. tradant, a memoria recedere animum non induco.

de articulis: 80. 1. 6 af. ὅταν οὖν ὁ βραχίων ἐς τὴν μασχάλην ἐκπέσῃ, ἅτε πολλοῖσιν ἐκπίπτοντος — 96. 8. 5 af. — 104. 10. 6 — 116. 13. 5 — 120. 14. 6 — ib. 7 — 174. 40. 9 — 210. 47. 1 af. — 224. 51. 6 af. — ib. 4 af. — 238. 54. 8 — ib. 9 — 246. 57. 1 af. — 250. 58. 1 — 256. 60. 5 — ib. 4 af. — ib. 3 af. — 262. 61. 1.

Quo ex conspectu elucet consentire hoc usu libros, qui sunt de capitis vulneribus et de fractis, dissentire eos a libro de articulis conscripto. Sed nulla alia in re numero minus tribuendum est. Nam coniunctionem ἅτε ob naturam suam omnium maxime libidini cuidam scriptoris obnoxiam esse apertum est. Ut in hoc ipso libro haec vox inde a pag. 120 usque ad pag. 174 nusquam occurrit, cum in una pagina 256 ter inveniatur. Itaque haec quidem dissimilitudo parvi momenti esse mihi videtur. Sed cum libri de fractis atque de articulis conscripti haud dubie uni eidemque auctori debeantur, hac quoque re monemur, ut nimis anxii quam temerarii esse malimus.

Haec fere habui, quae de modorum usu in medium proferrem. Neque enim tam nostrum est eum qualis exstet his in libris depingere, quam dissimilitudines investigare, quae quasi ansam dent iudicii capiendi utrum tria illa scripta uni auctori debeantur necne. Itaque totam argumentationem reputans exiguum admodum fructum collegisse mihi videor ex modorum usu. Quamquam enim complura discrimina adsunt, tamen tria tantum respicienda videntur, quae comprehendam:

I. infinitivus cum articulo copulatus, qui substantivi partes suscipit,

II. imperativus,

III. adjectivum verbale nusquam occurrunt in libro de capitis vulneribus conscripto, cum in libris, qui sunt de fractis atque de articulis, sat multis locis inveniantur. Nec vero his dissimilitudinibus multum ponderis tribuendum esset, cum libri quoque haud dubie ab uno auctore profecti plus quam semel dissentiant, nisi graviora argumenta accederent. Quae praebet usus particularum, quarum cum sermoni quasi colorem quendam addant, praeter omnia ratio est habenda.

Ut autem summam expositionis meae de particulis habitae repetam:

I. abstinuit auctor libri, qui est de capitis vulneribus, vocularum μέντοι, μήν, ἀτάρ, quibus aliquid superioribus opponeret,

quamquam sat multis locis earum usurpandarum occasionem adfuisse credendum est.

II. abstinuit fere vocula *οὖν*, quae sermoni propriam speciem conciliat.

III. cupidissime in usum vocavit voculas *τέ — καί*.

Quibus a rationibus alienissimae sunt rationes librorum, qui de fractis et de articulis conscripti sunt. — Atqui ex rebus tractatis et ex tota tractandi ratione luculentissime apparet omnes hos libros viro aut viris — hac enim de re quaestio est — deberi, qui iam per longum tempus artem medicinam factitaverant. Tales vero viros, quippe qui sint maioris aetatis, certa nec quasi fluctuanti ratione dicendi uti contendo. Itaque cum in libro, qui est de capitis vulneribus, usus particularum alius atque quodammodo simplicior sit quam in ceteris nec ad modos spectanti tria illa scripta eandem speciem praebeant, cum Ermerinsio duos auctores statuendos esse censeo. Cum autem non habeam, cur librum, qui est de capitis vulneribus, Hippocrati abiudicem, libri contra de fractis et de articulis conscripti aliis quoque de causis in suspicionem vocentur [1]) hos alii medico adscribo.

---

1) confer Ermerins. III. prolegg. pp. XXIII sqq.

## De vita mea commentariolum.

Natus sum Henricus Guilelmus Hermannus Danielus Uthoff a. d. XV Kal. Mart. a. h. s. LXI. Fuerstenavii Hannoveranorum patre Hermanno matre Elisa e gente Meyer. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum elementis imbutus per septem annos discipulus fui gymnasii senatorii Osnabrugensis. Maturitatis testimonio munitus vere anni LXXX, ut philologiae operam darem, Heidelbergas me contuli. Autumno eiusdem anni in civium munerum universitatis Gottingensis receptus sum, ut in alia studia incumberem. Sed iterum consilio mutato ad philologiam recessi, cui per tria semestria Bonnae operam navavi. Tum in almam Musarum sedem Marburgensem transmigravi, ubi usque ad hoc tempus commoratus sum. Docuerunt me viri illustrissimi: Bergmann, Bormann, Buecheler, Caesar, Goedecke, Luebbert, Riecke, Schaefer, Leopold Schmidt, Schoell, Stern, Usener, Varrentrapp.

Semnarii philologorum Marburgensis per duo semestria sodalis fui ordinarius. Ad exercitationes historicas me admiserunt Bormann, Varrentrapp. Ut in seminarium philosophicum reciperer, Bergmanni benignitate mihi contigit. Quibus viris omnibus gratias ago debitas, imprimis vero Bormanni, Caesaris, Schmidtii semper grato pioque animo colam memoriam.

## Sententiae controversae sex.

I. Hippocrat. de fract. 474. 16. 1 sq.: reiectis Littréi atque Ermerinsii lectionibus cum Petrequinio legendum censeo: *ἐπὴν δὲ κατορθώσῃς, ἐπιδεῖν .... βάλλεσθαι κτἑ.*

II. Terent. Adelph. prol. v. 24: post verbum »ostendunt« »in sermonibus« vel aliud eius modi excidisse videtur.

III. Plaut. Poen. prol. vv. 99 et 100 supervacanei sunt.

IV. Cornel. Nepot. Milt. 5. 3: »namque multis locis arbores erant stratae« recte legitur.

V. Eurip. Med. v. 262: *τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ' ἥν τ' ἐγήματο* spurium esse cum Nauckio statuo.

VI. Apollonius Citiensis non id studuit, ut locos Hippocraticos de quibus commentaretur, ad verba exscriberet.